



MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA



LAINII MONUMENTA

LAINII MONUMENTA

EPISTOLAE ET ACTA

PATRIS JACOBI LAINII

SECUNDI PRAEPOSITI GENERALIS

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS, ORIGINALIBUS, VEL REGESTIS

POTISSIMUM DEPROMPTA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EDITA

TOMUS TERTIUS

1558



MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO

via S. Bernardi, 92.

1913

APPROBATIONES TOTIUS OPERIS

NIHIL OBSTAT
P. Caec. Gomez Rodeles, S. J.
Cens. eccles.

IMPRIMI POTEST
P. Josephus M. Valera, S. J.
Praep. prov. toletan.

IMPRIMATUR
✠ Josephus Maria
Episc. matriten.-compluten.

VOLUMINIS TERTII PRAEFATIO

Edituri *Lainii Monumentorum* volumen ordine tertium, aequum est, ut nonnulla eidem pro more nostro praeponamus. Pauca quidem cuique sufficient: assidue autem nostra volventibus MONUMENTA, iisque praesertim, qui superius volumen, aut ipsius saltem praefationem legerit, pauciora certe erunt satis. Etenim omnia fere, quae in illa praefatione de secundi voluminis editione diximus, de tertio quod nunc edimus dicta esse intelligantur oportet. Idem namque monumentorum genus in hoc atque in illo continetur, eademque a nobis in his edendis ratio servata; unde etiam Lainium, eumdem in eisdem adjunctis, semper sibi constantem, cernere licebit.

Sunt tamen aliqua tertio huic volumini vel maxime propria, de quibus lectorem initio jam praemonere volumus, qui proprius est praefationis hujus scopus.

I

Atque in primis, etsi epistolarum idem fere in tertio atque in altero volumine sit numerus, omnesque etiam intra unius anni spatium scriptae, 1558 videlicet; attamen plures in hoc quam in illo invenientur, ex diversis hinc inde regionibus ad Lainium datae. Omnes simul numerum attingunt tercentesimum nonagesimum octavum. Ex his vero, ducentae fere non Lainii sunt, sed

ad Lainium datae; neque ex hac illave tantum natione, sed ex Hispania, Lusitania, Gallia, Italia, Flandria atque Germania: verbo, ex omnibus intra Europam Societatis provinciis sodales multi, nec sodales modo, sed externi quoque plures, episcopi, cardinales, principes, reges, sua quique lingua, ad Lainium Romae degentem scribunt, gallis exceptis et germanis, qui non propria, sed latina plerumque in litteris conscribendis utuntur. Ex quo efficitur, ut hac monumentorum collectione, quam praesenti volumine nostratibus praesertim offerimus, et quid de Societate viri praestantissimi senserint, et qualis hoc anno fuerit singularum domorum ac provinciarum, totiusque Societatis status, facilius clariusque a lectoribus percipi queat. Jam, si horum monumentorum testimoniis credere velimus, Societatem quidem hoc tempore naevis omnino caruisse nefas est dicere; ast incolumen certe servatam, immo etiam ubique, magno Dei beneficio, floruisse, in dubium revocari non potest.

Alio etiam spectat harum litterarum editio, quae Lainii monumenta adeo proprie non sunt, ut scilicet ipsius Lainii monumenta illustrentur. Haec enim saepe nonnisi responsa continent ad ea, quae ipsi, aut privati, aut rectores, aut provinciales, aut externi scripserant; quae responsa, praemissis interrogationibus, non secus, intelligentur.

Verum, quod saepe jam lectorem admonuimus, iterum admonendum censemus; non omnes nimirum, sive Lainii, sive ad Lainium, quae ex provinciis scriptae sunt litteras, a nobis in lucem edi, sed selectionem adhibitam esse, iis praetermissis, quae aut nullius momenti nobis sunt visae, aut quadrimestres sunt, aut certe in aliis nostrorum MONUMENTORUM seriebus jam editae. Et sane, qui *Epistolas,* sive *Broeti, Jaji, Codurii et Rodericii*, sive *Salmeronis*, sive *Sanctum Franciscum Borgiam*, sive denique *Bobadillae Monumenta* attente legat, non unam alteramve epistolam, sed fere octoginta hujus anni ad *Lainii Monumenta* pertinentes, facile inveniet, quas quidem, non semel, quum se offerat occasio, citabimus, ab his tamen hic edendis abstinentes.

II

Ad fontes, quod attinet, e quibus has, quas modo damus, epistolas deduximus, hoc etiam animadvertendum nobis est visum: Lainii epistolae, ex *Regestis* potissimum depromptae, secundum veterem notationem, vix novi quidquam offerunt, quod in aliis jam MONUMENTORUM sectionibus non sit a nobis dictum. Quae vero ad Lainium datae sunt, quaeque non paucae, ut diximus, hoc volumine continentur, illud prae se ferunt, quod nunc primo notandum venit: novo scilicet ordine inter *Regestorum* codices inducto, nova etiam signatione gaudere. Unde mirari non debet lector, si novi codices a nobis citari videantur, quum haudquaquam novi illi sint, licet nova utique sit eorumdem notatio. Exemplo sint *Ital. 111, Hisp. 95, Germ. 142*, et alia hujusmodi; quae quidem notationes sunt nunc primum inductae, ast quae alicui ex antiquioribus omnino respondeant, quemadmodum in codicum recensione, statim apponenda, clare apparebit.

III

Aliud est, quod tertium volumen, tamquam sibi vel maxime proprium vindicat, generalis nempe congregatio, inter omnes Societatis congregationes ordine prima, in qua, et S. Ignatii Constitutiones approbatae fuere, et Lainius tandem in praepositum generalem electus.

Biennio jam, ut scimus, vicarii potestate Societatis gubernacula tenuerat; bis ad conventum generalem pro suo munere Patres electores convocaverat: irriti tamen omnes illius conatus evaserant. Causae, ut saepe etiam in superiori volumine vidimus, bella inter Paulum IV et Philippum II, atque inter hunc et Henricum II, gallorum regem. Ubi ergo paci locus datus est, spesque aliqua conventum habendi tandem affulsit, Lainius nul-

lum non movit lapidem, ut Patres undique congregarentur, qui Societati generalem praepositum darent. Tanta vero cura, tantaque diligentia in hanc rem ab eo fuit adhibita, ut hoc unum agere, hoc unum cogitare videretur. Quumque anno superiori ob eam praecipue causam conventus differendus fuisset, quod hispani Patres et lusitani a Pihilippo II rege ex Hispania exire prohiberentur, de eorum Patrum Romam adventu speciatim nunc erat Pater vicarius sollicitus. Quae quum ita sint, jure quidem quisque mirabitur, ex Hispaniae provinciis, neque omnes, neque praecipuos Patres, romano conventui interfuisse. Abfuit enim Bustamantius, abfuit Araozius, hic castellanae, baeticae ille provinciae moderator; abfuit P. Franciscus Borgia, generalis Hispaniae ac Lusitaniae commissarius. Jam, quid rei fuerit, quidve acciderit, quod Patres praestantissimi, de Societate optime meriti, ac diu Romae exspectati, primo, secundo, tertio advocati, ad comitia generalia non convenerint, etsi partim est in superiori volumine dictum, plenius hisce monumentis explicatum invenietur.

Conventus nihilominus, plerisque provinciarum Patribus Romae jam congregatis, 28.ª Junii tandem fecit initium; ac denique 2.ª Julii, B. V. Mariae Visitationi dicata die, P. Jacobus Lainius universae Societatis generalis praepositus est constitutus; nec paucis dici posset, quo plausu atque laetitia, qua externorum domesticorumque gratulatione accepta fuerit electio. Cujus quidem rei, licet plura, eaque praeclara, invenientur in hoc volumine testimonia, placet hic quaedam afferre. En igitur quae 15.ª Julii, Bernardinus, archiepiscopus nazarenus, Neapoli ad ipsum Lainium scribebat:

«Por muy çierto tengo que Dios a sido seruido de asistir á la eleçión, donde tanto ymportaua el açertar en ella; y aunque la humildad de V. P. Rma. aya sentido lo contrario, digo que la eleçión a sido muy buena en su persona, porque a sido muy encomendada á Dios de muchos sieruos suyos, y sabemos que lo que Dios elige para vn oficio, le da lo que a menester para él Esfuérçese, Padre mío, y confíe que terná ayudas ynteriores y ex teriores, que le fauoreçerán y guiarán por medios que consigan

el fin que se pretende desta santa Compañía, que agora, como uiña nueua, planta Dios en medio de su santa Iglesia en tiempos tan neçesarios, para frutificar en ella fructo de fe, esperança y caridad» etc.

Joannes vero de la Cerda, IV dux Methymnae-Caeli, ac Siciliae prorex, hanc dedit, quam integram exscribimus, epistolam: «De mucha satisfacion ha sido para mí la letra que V. P. me scriuió á vltimo de Julio, que, aunque por otras de particulares hauía entendido la açertada electión que essos Padres hizieron de su persona en propósito general de la Compañía, y me hauía alegrado y dado gracias á nuestro Señor, helo hecho más cumplidamente después que lo vi por carta suya propria, considerando el mucho fruto que se puede esperar en su yglesia de tan buen superior. Plega á Dios de dar á V. P. mucha salud y vida, para que se pueda exerçitar en su seruicio y en beneficio de muchas ánimas, como se tiene por cierto que será, y que guarde y prospere su muy Rda. persona, como desea —*El duque* JUAN DE LA CERDA.

Hujusmodi sane verba, hisque similia, quae ex pluribus Europae regionibus ad Lainium scripta fuere, quid de eo praestantissimi viri, quid de ipsius in praepositum generalem electione, senserint, plane ostendunt. Verum ut Lainii ipsius pateant animi sensus, quum obedientiae ac demissionis, quum erga Societatis patronos et benefactores singularis benevolentiae, nec tamen praefationis hujus limites plus aequo protrahantur, liceat nobis unum saltem e pluribus in medium proferre monumentum. Sit ergo epistola, quam 13.ª Julii cardinali carpensi, Societatis protectori, dedit.

«Illmo. et Rmo. monsignor in X.° obseruantissimo.—La gratia et pace de X.° N. S. sia sempre nell' anima de V. Sria. Illma., con augmento continuo delli doni suoi spirituali. — Auanti che si facessi la electione de proposito de nostra Compagnia, auisai V. Sria. Rma. come il dì della visitatione pensauamo farla, et così si fece, benchè con più sodisfattione d' altri che mia; perchè desiderando io molto quel giorno per scaricarmi del peso de vicario ch' haueuo, et per hauer capo soto cui obedienza mi riposas-

si io, et tutta la Compagnia nostra, è parso a questi Padri grauar le mie deboli forze con questa cura de preposito, cosa che me faria viuere molto mal contento, se non intendessi esser stata la voluntà de Dio N. S., et sperassi mi darebbe insieme col pesso noue force da portarlò, aggiutandoci etiam la protectione, et paterno affecto, et prouidenza de V. Sria. Illma., alla quale con tutta la Compagnia nostra humilmente mi offero, et supplico ci habbia raccomandati come cosa tutta sua nel S. N. Jesù X.°, come lo siamo» etc.

Satis, opinamur, ex his quae excripsimus fit palam, ex hisque conjicere jam licet, quid de Lainii electione haec monumenta docebunt. De ipsa vero congregatione, haec innuisse sufficiat; non omnia hic, quae ad ipsam pertinent, inveniri. Nam quo pacto congregatos Patres Paulus IV exceperit; quanam Paulus ipse ratione praepositi electioni cardinalem Pachecum adesse decreverit; Constitutiones a sede apostolica approbatas, regulas, privilegia, aliaque hujusmodi, novo cardinalium coetui examinanda tradiderit; divinum officium in choro canendum injunxerit, legem de generalis praepositi perpetuitate solverit, haec quidem ad ipsam congregationem quodammodo, atque ad annum 1558 certe pertinent. In epistolis autem non nisi leviter tanguntur, ut in ea videre licet, quam Polancus ad Petrum de Zárate 13.ª Octobris scripsit. «De las cosas concluídas en la congregatión y el dexo sabroso della, que fué el orden de S. S. de que tubiéssemos coro, y prepósito trienal, no se podría scriuir en poco papel, y así es mejor dexarlo todo, y rogar á Dios N. S. á todos dé su gracia de seruirle cada uno in uocatione in qua uocatus est, y de sentir siempre y cumplir su santísima uoluntad.» Atque haec, de epistolis tantum dicta esse intelligantur. Nam quae iisdem de rebus aliis monumentis continentur, ea partim a nobis alias prolata sunt [1], partim suo tempore, Deo adjuvante, prodibunt.

His jam, de praecipuis hoc volumine rebus contentis, breviter praemissis, finem praefationi imponamus, lecturum id mado-

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 13 et seq. 51 et seq.

nentes: volumen quod in praesentia edimus, non his tantum, sed aliis etiam rebus commendari, quas fusius persequi non vacat; ut de ficta nostratum in Hispania per inquisitionis tribunal insectatione, de celebri toletani archiepiscopi catechismo, cujus patrocinium a Lainio suscipi auctor optabat; de noto satis Borgiam inter et Araozium dissidio; de ejusdem Araozii, quam ipse in se suscepit defensione; de Pauli IV obitu, haec inquam, aliaque sane multa, etsi fuse hic acta minime reperientur, at ea quoquomodo intelligere, nec lectori ingratum, nec inutile futurum arbitramur.

RECENSIO CODICUM

EX QUIBUS MONUMENTA IN HOC VOLUMINE EDITA DEPROMUNTUR

CODICES JAM A NOBIS ALIAS DESCRIPTI ET ADHIBITI

Ex prima serie *Monumentorum* S. Ignatii desumpti sunt.

Codex 1.—*Regest. V.* Descriptus in vol. I, pag. 31.
Codex 30.—*Epist. Lainez.* Descriptus ibid., pag. 43.
Codex 36.—*Epist. cardin.* Descriptus ibid., pag. 45.
Codex 37.—*Epist. episcop.* Descriptus ibid., pag. 45.
Codex 38.—*Epist. princip.* Descriptus ibid., pag. 46.
Codex 39.—*Epist. communit.* Descriptus ibid., pag. 46.
Codex 42.—*Hispan. epist.* Descriptus ibid., pag. 47.

Ex *Epist. P. Hieronymi Nadal.*

Codex 28.—*Hispan. epist.* Descriptus in vol. I, pag. LXII.
Codex 35.—*Epistolae Polanci, Lainez et Borgiae.* Descriptus in vol. II, pag. XVIII.
Codex 59 —*De rebus congr. gen.* I-V, pag. 23.

Ex *Epist. P. Alphonsi Salmeronis.*

Codex 1. —*Italia* (1557-1559). Descriptus in vol. I, pag. XLII.

CODICES A NOBIS JAM QUIDEM ADHIBITI, SED NOVA NUNC NOTATIONE SIGNATI

Italia.

a) «*Ital. 111* (Prius Epist. Ital. Jan.-Mart. 1558.)» Vide supra, Ex *Epist. P. Alphonsi Salmeronis*, Codex 1.
b) «*Ital. 112* (Prius Epist. Ital. Apr.-Jul. 1558).» Ibid.
c) «*Ital. 113* (Prius Epist. Ital. Aug.-Dec. 1558).» Ibid.

Hispania.

a) «Hisp. 95 (Prius Epist. Hispan. 1557-1558).» Vide supra, Ex prima serie *Monumentorum S. Ignatii*, Codex 42, et Ex *Epist. P. Hieronymi Nadal*, Codex 28.

Gallia.

a) «*Gall. 79* (Prius Gall. Epist. I, 1557-1561).» Descriptus in *Epist. P. Hieronymi Nadal*, vol. I, pag. LXIII, Codex 30.

Germania.

a) «Germ. 142 (Prius Germ. Epist. 1556.—Mart. 61).» Descriptus ibid., pag. LXII, Codex 29.

Lusitania.

a) «Lus. 60 (Prius Epist. Lusit. 1556-1560)». Descriptus ibid., pag. LXIII, Codex 32.

CODICES NUNC PRIMUM ADHIBITI

Codex 1.

«*Franc. Hist., 1540-1604.*»

Codex 2.

«*Epist. B. Ignatii de Acevedo.*»

Codex 3.

Mutinae, in «*regio archivio de Stato.—Cancellaria ducale-Regolari*».

Codex 4.

Parmae, in «*archivio de Stato.*—Epistolario scelto-Gesuiti.»

DIFFICILIORES AUT FREQUENTIORES NOTAE

EARUMQUE INTERPRETATIO

annot.=annotatio.
ant.=antea.
antiq.=antiquitus.
ap. et ev.=apostolus et evangelista.
B.=Beatus
bohem.=bohemus.
c.=caput.
Card.=Cardinalis, Cardenal.
cf.=confer, conferatur.
Chron.=Chronicon.
Chron.-hist.=Chrono-historia.
Ciacon.-Oldoin.=Ciaconius-Oldoinus.
Const. Soc. Jes.=Constitutiones Societatis Jesu.
D.=Don, Dominus, Doctor.
Dr.=Doctor.
▽.=Ducados.
Dup. fol =Duplex folium.
Exc.ª, Exma.=Excellencia, Excellentíssima.
fel. rec.=felicis recordationis.
ff.=folia.
fol.=folium.
geneal.=genealógica.
Germ.=Germania.
Gio., Jo.=Giovanni.
Hist.=Historia.
Hon.do=Honorando.
Hon mo=Honorandissimo.
Ib, Ibid.=Ibidem.
Ill.e, Ill.mo=Ilustre, Ilustrísimo.
Jhs., Jhus.=Jesús.
Ju.º=Juan.
l.=liber.
loc. cit.=loco citato.
M., Mg., Mter.=Magister.
M., Mtro.=Magistro, Maestro.
M. R.=Maestà reale.
M. R. P. N.=Muy Reverendo Padre Nuestro.
Mons., Mon.sor=Monsignor.
ms.=manu scriptum.
Mtre.=Maestre.
n., nn.=numerus, numeri.
N. S.=Nuestro Señor, Nostro Signore.
O. P.=Ordo praedicatorum.
oss.mo, osser.mi=observandissimo, observandissimi.
P.=Padre.
P. M.=Pontifex Maximus.
P. V.=Paternità vostra.
PP. III.=Papa tertio.
p.=parte.
I Petr.=Epistola prima Petri apostoli.
pag., pagg.=pagina, paginae.
prov.=provincia.
R. P.=Reverende Pater.
R. V., R. U.=Reverentia vestra.
R.de P.te=Reverende Paternitate.
R.de, R.do=Reverende, Reverendo.
RR., R.di=Reverendi.
Rmo., Rdmo.=Reverendissimo.
rhen.=rhenanus.
Regest.=Regesta.
Rom.=Epistola ad Romanos.
Rta.=Ricevuta, risposta.
S.=San, Santo.
S. D. M.=Su Divina Majestad.

S. M.=Su Majestad.
S. S.=Su Santidad.
S. S.de=Sua Santidade.
S. J., Soc. Jes.=Societas Jesu.
Sr. Sor.=Señor.
ser.=series.
sic.=sicula.
Thren. Jer.=Threni Jeremiae.
v.=verso.
vic.o gnal.=vicario general.
virg. et mart.=Virgo et martyr.
V. md.=Vuestra Merced.
V. E., VV. EE. = Vuestra Excelencia, Vuestras Excelencias.
V. R., VV. RR.=Vuestra Reverencia, Vuestras Reverencias.
V. R. P.=Vostra Reverenda Paternità.
V. Sria.=Vostra Signoria.
X.i, X.pi=Christi.
X.o, X.po=Christo.
xpiano.=christiano.
Xobal, Xpoual.=Christobal.
7.na=Septimana.
7.bre=mense Septembris.
8.bre=mense Octobris.
9.bre=mense Novembris.
X.bre=mense Decembris.

PATRIS JACOBI LAINII EPISTOLAE ET ACTA

697

HIERONYMO VIGNES

ROMA I JANUARII 1558 [1].

De Joannis de Mendoza testamento, ac de quodam Joannis Xaverii negotio Neapoli expediendo.—De pio Fabritii obitu.—Praeclarum hujus elogium.—Preces pro ipsius anima a nostratibus persolutae.—Quo animo casus hic a Hieronymo sit ferendus.

Jesus

Molto magnifico signor mio in Jesuchristo.

Pax X.[i] Riceuemmo quella de 26 del passato de V. Sria., et nel negocio del testamento [2], et quel altro di Mtro. Giouanni Xauier, [a] [3] non accade dar altro ricordo a V. Sria. nè usar altra raccomandatione, poichè la charità sua, et informatione che tiene delli bisogni nostri, basta.

E uscito fora di questi et delle altre humane miserie nostro charissimo fratello Fabritio, [4] liberandolo Iddio nostro Signore, dopo una longa infirmità (quale speramo li sia stata in uece di

a sciaiuer *ms.*

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1557-1559,* fol. 53.

[2] De Joannis de Mendoza testamento loquitur, quod Lainio non parum negotii facessit. *Lainii Monum.,* II, 507, 659, 685.

[3] De hoc negotio videndae sunt *Epist. P. Salmer.,* I, 225.

[4] Fabritius Vignes, Hieronymi frater, de quo vide *Lainii Monum.,* II, 492.

purgatorio, hauendoli in tanti trauagli data tanta pacientia Dio nostro Signore), delle molestie di questa peregrinatione, et conducendolo alla pace et felicità delli suoi eletti, come di tal uita et di tal morte sua, meritamente si deue sperare che sia stato il suo transito, della uita temporale alla eterna felicità.

Semper è stato molto uirtuoso et exemplare, portando pur semper la croce de infermità: et nel ultimo della uita sua, benchè fossi stato per inanzi trauagliato di scropuli, li dette grande pace la diuina bontà, et presi li santi sacramenti fin alla estrema untione: questa presa, subito se ne andò di questo mondo, che pare non aspettaua altro, per uolar più espeditamente uerso la gloria del altro.

Nel medesimo giorno morse nella casa medesima di Loreto un altro dottore, nostro fratello [5], che pare si uolessino far compagnia.

Lo habbiamo fatto raccomandare nelle messe et orationi de tutti a Dio nostro Signore: cui bontà infinita spero darà alla Sria. V. tanta conformità della uolontà propria con la sua diuina, et tanto uiua fede delli boni eterni, che più presto ne habbia occasione de ringratiarla de tal beneficio fatto al suo fratello, che de condolersene della corporale assentia di esso.

Serà pur della discretion de V. Sria. ueder se sarà spediente farlo intendere alli padri della sua carne.

Degnisi il medesimo Dio dare anche a loro il suo santo spirito, per sentir sempre et accettar la dispositione sua nelli figlioli, et in se stessi, con ogni pacientia et conformità della uolontà sua con la del Padre eterno de tutti.

Nè in altro me estenderò, desiderando a V. Sria. buon principio de anno, et pregando a Jesuchristo glie lo dia adempiendo il suo cuore della cognitione et amore del suo santo nome.

De Roma primo di Gennaro 1558.

Napoli. Vignes.

---

[5] Joannes Tilanus. Vide inferius apponendam epist. 717.

698

PATER FULVIUS ANDROTIUS

PATRI JACOBO LAINIO

FLORENTIA 1 JANUARII 1558 [1].

De fratre Luca, cui comes P. Didacus adjungitur.—De P. Alberto ferrariensi, quem propinqui ipsius materna se haereditate abdicare exoptant.—De P. Didaci Genua reditu.—Fratres Henricus et Aloysius Genuam missi, et quare.—Paulus et Curtius Laureto Florentiam appulsi.—De votorum in collegio florentino instauratione.

Pax X.[i]

Molto Rdo. in X.° Padre oss.mo Receuemmo l' ultime di V. P. delli 18 del passato alle quali n' occorre dire che quanto al fratello Luca gle lessi la sua partita, et come restiamo edificati di questo suo bono desiderio de imparare, così se li è data et darrasseli ogni commodità ch' egli saprà, et per questo hauiamo messo in sua compagnia il P. Jacobo [2], che li sarà di molto aiuto per lo studio.

Il Padre Mtro. Alberto [3] sta anco male di suo braccio; et perchè il chirurgo dica che è guasto l' osso della commessura, et che sarà male alquanto longo et mortale, egli sentì molto piacere di quanto a V. P. scrisse, et bona cosa fu, hauendo molto bisogno di consolatione.

Il medessimo Padre ne ha imposto domandiamo à V. P. consiglio et licentia in questo, che mentre staua a Ferrara, non poco fu sollecitato da suo fratello et madre a renuntiare alla dote di sua madre, il che, non hauendo egli uoluto fare, anzi dateli repulsa con resposte a loro dispiaceuoli, sono restati alquanto turbati: hora dessiderando contentarli in questo, cioè, con una lettera priuata renunciare a detta dote per morir' senza questo scrupulo, representa a V. P. questa cosa, et de più ch' a lui pare di poca

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 111*, fol. 5, antiquitus 175.

[2] P. Didacus de Guzman, collegii florentini superintendens. Vide annot. 4.

[3] P. Albertus ferrariensis, de quo videantur *Lainii Monum.*, II, 5 6, 288, 651.

importanza essendo dote de sua madre uiuente, alla quale pensa douere, e' con la morte preuenir', in tutto remettendosi a quanto ella ordinarà.

Apresso il dì della natiuità de Jesù X.° S.r nostro, arriuò qui il P. Jacobo [4] da Genoua, che ne ha fatto, con l' aiuto nelle confessioni, un reuelato seruitio, et fin restiamo de lui molto edificati uedendolo molto pronto alle confessioni et a quanto li è imposto.

Hieri mandamo il fratello Henrico [5] et Luigi [6] a Genoua; il primo per contentar finalmente il dottor Loarte, [7] che mostraua uolerne uincere di cortesia, se bene ne è stata alquanto fatiga per la sua buona edificatione a tutti, et molto amato delli scolari. Il fratello Luigi ci è parso doppo de l'esserci raccomandati a Dio Signor nostro, accompagnarlo con lui, parendone che qua poco se aiutasse secondo nostro desiderio, se bene ha assai buone parti, et che finalmente era necessario mandare, o lui, o Diego [8], per nuoue cose successe fra loro, se bene puerili, di molta però importanza, secondo il nostro instituto, al che se aggiunge che per la uenuta delli due fratelli di Loreto, non ci era luogo uacuo. Crediamo ch' Iddio S.r nostro di tutto si seruirà et il dottor Loarte ne hauerà finalmente seruitio et piacer'.

Già tre dì sonno arriuorno li fratelli Paolo et Curtio. Al primo per la uia è retornata la quartana: nel resto stanno sani. Quanto alli fratelli, questa matina tutti hanno ratificati li uoti, auanti il Santissimo Sacramento, et stanno bene; che sarà fine di questa. Molto ne raccommandiamo alle orationi de V. P.; quale nostro Signore conserui sempre in sua santa gratia. De Firenze, il dì primo del anno del 58. Di V. P., indegno seruo in X.°,

FULUIO ANDROTIO.

---

[4] P. Didacus de Guzman, cujus paulo ante fit etiam mentio, valetudinis causa, Genuam per aliquod tempus secessisse videtur. Circa autem natalem Christi diem, ut Androtium adjuvaret, iterum Florentiam venit. Sed Genuam postmodum reversus, sub finem mensis hujus adhuc ibi manere colligitur ex his quae affert inferius epist. 729.

[5] Cf. *Epist. Mixt.*, V, 204.

[6] Cf. *Lainii Monum.*, II, 332, 425, 671, 676.

[7] P. Gaspar Loartius, rector collegii genuensis.

[8] Didacus de Victoria, frater Joannis de Victoria. Loc. cit., 447, 535.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Padre osservandissimo, il P. Mtro. Jacomo Lainez, vicario generale della Compagnia di Jhu. In Roma.

Alia manu. R.ta a 6 del medesimo.

Sigilli vestigium.

699

PATER CAESAR HELMIUS

PATRI JACOBO LAINIO

VENETIIS I JANUARII 1558 [1].

Litteras Roma acceptas alio mittendas jam misit. — Res venetae prospero cursu succedunt. — Sociorum ministeria florent, ipsique multa pace et amore consociantur.—De Mtro. Dominico et Theodorico Canisio.— Mter. Flaminius, Soc. novitius, recte se gerit.

Ihs

Pax Xpi. etc.

Molto Rdo. Padre in Xpo. Riceuemmo quelle di V. R. di 25 del passato con quella per il P. Mtro. Jo. de Vittoria [2], quale mandai all' imbasciador' de Spagna, il cui secretario [3], promise fargli dar buon recapito. Mando l' incluse quali sono del P. Mtro. Battista Viola al Rdmo. de Verona [4] con l' altra che è del rettor de Padoa [5].

Di qua tutti per gratia diuina stiamo bene, et ci raccommandiamo all' orationi di V. R. etc.: Nostro Signore dia a tutti gratia di circoncidarci spiritualmente, sì come esso ha voluto esser circonciso corporalmente. Circa le lettere delli due quadrimestri passati, non mi occorrono altre particolari cose da scriuere de edificatione, se non che si va aumentando il numero delli penitenti, et che frequentano i sacramenti con molta deuotione, et

[1] Ex autographo in codice *Ital. 111,* fol. 17, antiquitus 222.

[2] P. Joannes de Victoria, in Germania provincialis vices agebat.

[3] Salcedo? Cf. *Lainii Monum.,* II, 285.

[4] Episcopus veronensis Aloysius Lippomanus tunc temporis erat. UGHELLUS, *Italia sacra,* V, 989.

[5] P. Joannes Bta. Tavonus.

dànno bona fama et odor' a tutta la nostra Compagnia, vedendo che secondo il nostro instituto cerchiamo aiutarli nelle cose del spirito in confessarli et administrargli in S.mo sacramento et in accommodargli il P. Mtro. Domenico [6] a essortargli et accender' nella via de Dio, et qualche volta il P. Mtro. Theodorico Canisio gli ha fatto qualche essortatione, delli quali si sono molto edificati, et hanno pigliato grande consolatione, in vn loro oratorio doue conuengono alle volte fin al numero di 200, quali tutti, non per obligatione, ma tirati dal buon essempio et amor' delli altri, sono in proposito di frequentar' al meno ogni mesi la communione; et molti di essi, hanno fatto la confessione generale, et li altri la faranno: spero auanti la quaresima mentre che 'l Signor et V. R. ci concedi questi sacerdoti, et se ne cauerà grande gloria de Dio, perchè alcuni sono atti al seruitio de Dio, et quasi la più parte de quelli che hanno fatto la confessione generale si confessano et communicano ogni domenica. Oltri di questi huomini, assai di essi conducono le loro mogliere et tutta la famiglia a frequentar più del solito i santi sacramenti, et sono causa di riformarsi tutti.

In questo collegio, per gratia diuina, si sta in buona pace et li fratelli tutti mostrano desiderar', et con effetto cercano, profittar' nelle sante virtù. Quelli, che non haueano fatto li essercitii, l' hanno fatti questa 7.na passata alcuni, et l' altri l' hanno fatti questa 7.na presente, et alcuni vogliono anticipar' il spirito dell' obligatione di far' i voti, et per gratia del Signore tutti sono edificatiui. Del che et del' tutto sia lodato et benedetto il Signore autore de ogni bene. Di Vinegia al primo di Jenaro 1558.

Di V. R. indegnissimo seruo in Xpo.,

CESARE HELMI.

Id dottor Mtro. Framminio [7] si essercita nell' officii di charità assai edificatiuamente et dà molto buona speranza di sè con i buoni essempi.

Inscriptio. † Al molto Rdo. Padre in Xpo. il Padre Mtro. Jacomo Laynez Vicario generale della Compagnia de Jesù et mio oss.mo in Roma a Santa Maria della Strada presso S. Marco.

[6] P. Dominicus fabrianus. *Lainii Monum.*, II, 142-143

[7] Mter. Flaminius, novitius. Cf. infra, epist. 738, 756.

Alia manu. Rta. a 6 del medesimo.
Sigilli vestigium.

700

PATER FRANCISCUS PALMIUS

PATRI JACOBO LAINIO

BONONIA 1 JANUARII 1558 [1].

Sodales Bononiae cum fructu laborant.—Mtri. Octaviani ac vicelegati erga Societatem benevolentia.—Palmius collegii fundationi stabiliendae incumbit.—Hunc in finem P. Salmeronis opera uti vult.—Mter. Octavianus collegium Fori Cornelii fundari exoptat.—Cur ipsius voluntati satisfieri modo non possit.—De fratre Joanne Stephano.

†
Ihs

Molto Rdo. in X.° Padre.

Pax X.i Con questa sarà auisata V. R. come per gratia de nostro Signore habbiamo fatto un buon natale et a tutti sacerdoti non sono mancate confessioni. Nella matina di natale communicammo più di 500 persone, et dopo pranso fu tanto piena la chiesa alla predica che mai ne uiddi tanta. Feci l' altre feste predicar' li fratelli di casa et fecero buona riuscita per gratia di nostro Signore.

Il nostro fratel nuouo Mtro. Jo. Stephano si porta tanto bene, che a tutti noi altri dà essempio et edificatione: sarà buono instrumento del diuino seruitio.

Come scrissi, haueuo incominciato di procurar' qualche entrata a questo collegio, et par' che nostro Signore spetialmente si uoglia aiutar', et hauendo io una sera ordinato alli fratelli che facessero oratione per questo negotio, et spetialmente il Signor Iddio mi mostrasse alcun mezzo per poter far questo; il giorno seguente, dopo la mia predica, vno Mtro. Ottauiano da Imola, dottor di legge, et qua auditor di Mons. Rdmo. vicelegato, [2] mi uenne a ritrouar' et si mostrò tanto amoreuole et affettionato alla Compagnia, che non si potria dir più, et così con lui com-

[1] Ex archetypo in codice *Ital., III,* ff. 1-2, antiquitus 334, 335.
[2] Hieronymus Saulius? Cf. *Monum. Ignat.,* ser. 1.ª, III, 178; VIII, 619.

municai tutti i miei dissegni, et fra lui, et me, hauemo consertate molte cose le quali per esser' in forsi non scriuo adesso, solo m' occorre dirgli che ha raccommandato il collegio a Mons. Rdmo. vicelegato, et la sua raccommandatione ha operato che detto Mons. Rdmo. vn giorno di questa settimana uenne a udir messa a Sta. Lucia [3]; dipoi uenne a ueder' il collegio, essendo accompagnato da molti signori, et si mostrò molto amoreuole, dicendo che lui ci uoleua uenir' a uisitar' spesse uolte et che ci uoleua aiutare, et mi ha detto Mtro. Ottauiano che vuol uenir qua alla predica. V. R. non cessi per amore d' Iddio difar far' oratione per questo, perchè mi confido assai dell' oratione di Padri et fratelli di Roma, et ne ueggo fin adesso il frutto.

Per questo negotio desidero molto che tornando in Italia il P. Salmerone [4], che V. R. gli scriuesse che per ogni modo passasse per Bologna, et tanto più ch' oltra questo, ho da dirgli secreti importanti al ben commune della Compagnia, i quali certo non mi pare, nè ardisco scriuergli et così anchora ho da conferir molte altre cose.

Per amor d' Iddio V. R. gli scriua sopra questo, et perchè di qua si tiene ch' el legato [5] habbi presto da ritornar', potria V. R. scriuergli una lettera in Milano. Il detto M. Ottauiano uorria che si facesse un collegio in Imola; et douendo andar là per suoi negotii, mi uorria menar in sua compagnia, acciò facesse due o tre prediche là, et uedesse il luogo, la dispositione et la prouissione che daria la città; io mi sono escusato con dir che non ho questa commissione di Roma, et che per adesso a far nuoui collegii ui ueggo poco ordine, hauendo hormai la Compagnia più collegii che persone: nondimeno, sua buona uolontà s' ha molto da riceuere, et far dal canto nostro quel che si può per sodisfargli.

---

[3] Templum Stae. Luciae, Societatis collegio vicinum, in quo nostrates concionari solebant. *Lainii Monum.*, I, 443, 589.

[4] P. Alphonsus Salmeron, qui Bruxellis tunc, in curia regis, negotiorum causa versabatur. Videatur infra, epist. 724, ubi negotium hoc bononiense Salmeroni commendatur.

[5] Carolus Caraffa, cardin., pontificis legatus ad Philippum II Bruxellas missus. *Lainii Monum.*, II, 496.

V. R. sopra ciò mi scriuerà il suo parere in una lettera mostrabile.

Anchora se V. R. ha alcune cose buone di edificatione, la prego me ne facci parte, acciò habbia occasione con questo d' intrinsecarmi più con Mons. Rmo. vicelegato.

Ho riceuuto la sua di 25 del passato; et non gli accade altra risposta se non quanto a quel giouane reggiano: uedremo quel che si potrà. Ho dato le sue raccommandationi al fratello M. Giovanni Stephano [6] et a tutti l' altri. Per questa non accade dir altro a V. R. se non raccommandarci tutti alle sue orationi, et pregar nostro Signore che sì come principiamo un anno nuouo, che così principiamo una volta di seruirlo. Di Bologna, il primo di Genaio del 58. D. V. R. P., humillimo in X.° seruo,

FRANCISCO PALMIO.

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Padre il Padre Mtro. Jacomo Laynez, vicario [gener]ale della Compagnia di Jesù. A Roma. A Sta. Maria della Strada, appresso San Marco. Di porto, mezzo grosso.

Alia manu. R.ta a 7 del medesimo.

Sigilli vestigium.

---

6 Videnda omnino sunt, quae de Joanne Stephano tradit epist. 732.

701

PATER JOANNES RETHIUS

PATRI JACOBO LAINIO

COLONIA 2 JANUARII 1558 [1].

Sodalium industrias exponit, quibus juvenes ad scholas undique confluentes alliciunt.—Praelectionum catalogi ad ipsas haereticorum academias, per totam Germaniam, mittuntur. — Magnus discipulorum, quum in litteris, tum in virtutibus profectus.—Quo pacto Kesselius, parochum, Andream nomine, optimis Dei donis praeditum, Societati lucrifecerit.—Senatus coloniensis collegio favet, haereticos insectatur. —Catalogum librorum prohibendorum parat. — Nostratum nomina, atque officia, qui academicis honoribus sunt insigniti. — De exercitiis quodlibeticis.—Doctorum lovaniensium, Sonnii praesertim, de Societate magna existimatio.—Sodalium aliqui in diversas urbes profecti. —De quibusdam aedibus collegio adjungendis, ab amicis agitur.—De nova utriusque Canisii catechismi editione. · De P. Andreae Frusii opere theologico in scholis adhibendo. — Sodales nominatim Lainium salutant.

†
IHS

Pax Christi etc. Tempus est, Reverende Pater, ut acta mensis Decembris breuiter narremus. Atque utinam haec tanta essent, quanta esse poterant, ni peccata et negligentia nostra obstitisset. In schola quos autores et qua ratione doceant singuli, potuit V. R. ex lectionum catalogo nuper misso aliqua ratione cognoscere. Verum ut multi undique ad scholam hanc confluant, et quidem imprimis ex superiori Germania, Hessia, Turingia, Saxonia, et caeteris prouinciis inferioris Germaniae, haeresi contaminatis, nunc sedulo curamus. Putamus enim hoc pacto posse fieri ut paulatim illae regiones, aut ad ecclesiam redeant, aut in eam saltem aequiores fiant, catholicisque locum etiam et liberam sua exercendi facultatem concedant. Non enim suos ciues ejicient, praesertim si nobiles sint, et opibus atque potentia aliquid ualeant. Saltem hos in propriis prediis Deum more nostro colere non prohibebunt, si ob hoc nullam seditionem excitent.

---

[1] Ex autographo in codice *Germ. 142*, ff. 11r-13v., ant. 345-347. Hujus epistolae fragmentis, rerum ordine nonnihil immutato, usus est BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.*, II, 144, annot. 1.

Agimus igitur per amicos nostros, uiros bonos, et zelosos ut catalogi [2] nostri perueniant in manus eorum, qui literis operam dant Vittenbergae apud Philippum [3], et Genae apud Schep-pium [4], et Lypsiae, et Argentorati, et Erfordiae, atque in aliis scholis aduersariorum. Item curamus ut perferantur ad scholas catholicorum triuiales, collegia etiam canonicorum, unde iuniores ad academias emitti consueverunt, et denique ad literatorum Maecenates, quibusque aut multi filii sunt, aut qui pauperibus ad studia necessaria suppeditare assolent. Scribunt autem quod pauperes, si modo suum officium probe faciant, nos et gratis instituemus, et magisterii titulo decorabimus. Imo et uiris bonis eos commendabimus, qui larga eleemosina eorum solabuntur labores, vt hic commode fieri potest, et ex parte jam factum est.

Hac ratione iam catalogi missi sunt Eistadium, Herbipolim, et Francofortum, Erfordiam, Argentinam, Spiram, et pleraque loca alia. Ad scholas uero circumiacentes pene omnes, Embricam, Neomagum, Sulphaniam, Suollam, Campen, Vltratraiectum, Susatum, Tremoniam, atque Monasterium. Traditi autem eis sunt, qui in hoc negotio multum possunt et uolunt. Sunt plures, qui eos per totam uelint disseminare Germaniam, et in primis terras haereticorum; idque non sine ingenti fructu. Sunt enim nunc, partim in schola, partim etiam conuictu tyrolenses, francones, turingi, vormatienses, spirenses, moguntinenses, treuerenses; item Friburgo, Marburgo, Puppardia et ex comitatu Vitgenstain ad nos uenerunt. Hi, quantumuis aliter aliquando instituti fuerint, tamen nunc sunt catholici.

Quotidie, post lectionem, sacrum flexis genibus audiunt, frequenter confitentur et communicant, neque aliter se habent, quam boni catholici solent. Modestia omnes discipuli plurimum uicinos aedificant. Ad confessionem ex aliis scholis etiam ad-

---

[2] Catalogum intellige praelectionum in gymnasio habendarum. Reiffenberg, *Hist. prov. rhen.*, I, 60 et 65.

[3] Philippus Melanchthon, ex praecipuis Lutheri sectatoribus, professor universitatis vitembergensis. Braunsberger, loc. cit., 792.

[4] Erardus Scheppius, vel etiam Scheneppius, sectae quoque lutheranae addictus, professor universitatis jenensis. Ibid., 127, 792.

ducunt adolescentes. In hoc Natalitio festo non tantum nostri discipuli, sed quoque laici et aliorum gymnasiorum adolescentes nostris sunt confessi. In catholica religione et pietate prae caeteris omnibus plurimum proficiunt conuictores. Omnes fere coronas et Gersonem [5] habent. Omnes pene octauo quoque die peccata confitentur, et sacrosanctum eucharistiae sacramentum suscipiunt, mortificationibusque uacant, non secus atque si in domicilio[?] aliquo probationes agerent. Inter hos sunt aliquot superiores germani, qui siue se dent Societati, siue non, plurimum credo proderunt aliquando Germaniae.

Dominus Andreas [6], concionator ille memmingensis, quem R. P. Leonardus [7] in suo itinere romano lucratus est [8], insignis est concionator, multa legit, linguam perfecte callet, pollet dono —[a], et spiritus bonus illi non deest. Ex conuictoribus uero tam multi animum habent ad Societatem, vt sperem bonam partem tandem futuram nostram. Ex discipulis etiam tot ad eumdem sunt propensi, vt, si omnes, qui id desiderant, admitterentur, essemus hic de Societate modo plures triginta. Sed non inutiliter mora hac et dilatione eorum probatur patientia. Hoc pacto, quia multiplicatur discipulorum numerus, ex tam longe dissitis locis aduenientium, tantum in literis, religione catholica et pietate proficiunt: dici non potest quanto et senatus et vniuersitatis amor erga nos in dies augescat. Senatus noster nunc strenue expellit haereticos, et si qui reuertantur, in eos, non tanquam haereticos animaduertet (id enim malus populus uix equo animo ferret), sed uelut in reos laesae maiestatis.

His diebus quidam, quia uendebat libros haereticos, coniectus est in carcerem. Iste autem delatus est per quemdam nostrorum discipulorum. In senatu uero accusatus per catholicum senatorem, a quo quidam nostrorum petierat ut id in senatu ageret,

---

[a] *Est hic verbum semiscriptum, nec apparet quid significet.*

---

[5] Liber «De imitatione Christi» qui a pluribus Gersoni tribuitur.

[6] Andreas Bensenradius «Paroeciae cujusdam in Germania curio».

[7] P. Leonardus Kesselius, gymnasii rector, qui anno superiori ad comitia generalia Romam venerat. Cf. *Lainii Monum.*, II, 76, 80, 215, 237.

[8] De hac re videndus est REIFFENBERG, loc. cit., I, 55.

quo inhibitio talium librorum fieret, et catalogus praeterea ederetur librorum inhibitorum. Hic audiens ex nostro discipulo tales uendi libros, unum ex pestilentissimis curavit sibi emi, eumque ad senatum detulit, hocque effecit, quod statim missi sunt lictores, qui eum in uincula coniicerent, quodque constituere uelint duos senatores et duos theologos, qui officinas librarias uisitent et catalogum conficiant librorum, quos uendere non liceat. Si tales catalogi istic haberi possunt, mittantur obsecro nobis.

Apud facultatem uero artium, in ea Societas est reputatione, ut fateantur se per illam excitari. Mtro. Francisco Costero [9] alterum magistratum a decano contulerunt, ut duo officia praecipua facultatis hoc anno sint penes Societatem. Mter. Balduinus [10] et Mter. Andreas [11] omnia priuilegia magistrorum huius vniuersitatis sunt consecuti. Mter. Joannes Berkelius [12] et Mter. Gregorius Fabius [13] magisterio donati sunt. Duo denique ex nostris ad declamandum in quodlibeticis exercitiis [14] assumpti sunt, illis loca ad dicendum sunt data omnium ornatissima.

Doctores praeterea louanienses, qui in colloquio vormatiensi [15] fuerunt, non parum amare Societatem uidentur. Sed in primis doctor Sonnius [16], qui nos theologis coloniensibus commendauit, nepotem suum nobis adiungere statuit, et bis nos in collegio in-

---

9 Franciscus Costerus, theologiae ac philosophiae lector. Jam, de gradibus, quibus nostrates aliqui, hoc tempore, Coloniae insigniti fuerunt, cf. ibid, 73.

10 Balduinus ab Angelo, physicorum ac metaphysicorum professor. Ibid.

11 Andreas Frison, vel Boccatius, inferioris grammaticae lector. Ibid.

12 Joannes Berkelius, poëticae lector. Ibid.

13 Gregorius Fabius, superioris grammaticae lector. Ibid.

14 Hac de re audiatur iterum laudatus auctor, qui, loc. cit., pag. 68 haec habet: «A multis jam annis apud Colonienses in morem abierat ut Decembri mense certum quoddam Oratoriae concertationis adhiberetur genus quod vocatur *quodlibeticum*: inde abs dubio sortitum nomen, quod, cui disputandi fiebat potestas, fas erat de quo liberet, argumento disserere.»

15 Colloquium nempe religionis cum haereticis, cujus jam saepe in praecedenti volumine meminimus. Doctorum lovaniensium, qui ei adfuerunt, haec sunt nomina: Iodocus Ravesteyn, vulgo Tiletanus; Martinus Rithovius; Franciscus Sonnius. Cf. BRAUNSBERGER, loc cit., 126, 791, 792, 793.

16 Vide annot. praecedentem.

uisit. Cum hoc R. P. Gaudanus [17] ad nos uenit, et cum diebus aliquot nos sua praesentia in Domino recreasset, cum eodem discessit.

Circa festum Natiuitatis Domini Mter. Henricus, Neomagum, [18] Mter. Balduinus [19] et Henricus Sommalius, [20] Leodium; Mter. Joannes Berkelius [21] cum Hemerolo, [22] Buscum ducis, profecti sunt. Quid Deus per eos operatus sit, proxime scribemus.

Sumus modo domi 38; et quia plures expectamus, quidam amicorum hoc agunt ut collegio coniungantur tres uicinae domus. [23] Faxit Deus ut obtineant. Paruus catechismus Canisii, quem grammaticis nostris praelegimus, circa festum Epiphaniae secundo imprimetur. Circa festum paschae impressus est primo. Maior, praeterquam quod Viennae, Louanii etiam et Leodii impressus est, imprimeretur et Coloniae, ni regis priuilegium obstaret. Hic supra modum bene diuenditur et magno cum fructu [24].

Quidam consiliarius archiepiscopi [25] nostri hoc nuper multos nutantes in fide uidetur confirmasse, et quemdam prius in uiam reuocasse. Tandem singulis Patribus cuiusdam abbatiae cum dono misit. Vtinam aliquando ederetur compendium theologiae parrochis paratum a bonae memoriae P. Andrea Frusio [26]. Multi credo hoc inuitarentur ad magistrum sententiarum et theologiam scholasticam, a qua nimium hic studiosi abhorrent.

---

[17] P. Nicolaus Gaudanus, S. J., qui et ipse colloquio vormatiensi adfuerat.

[18] Alias Henricus Dionysius. *Epist. Mixt.*, V, 481. Vide infra, epist. 740.

[19] Vide supra, annot. 10.

[20] Alias Henricus dionantensis. *Lainii Monum.*, II, 444.

[21] Vide annot. 12

[22] Franciscus Hemerulus. *Lainii Monum.*, II, 95.

[23] Harum aedium donum, quod Joanni a Lindem potissimum Societas refert acceptum, jure commemorat REIFFENBERG, loc. cit., 71, 72.

[24] De diversis utriusque catechismi Canisii editionibus videndus est, BRAUNSBERGER, loc. cit, II, 889-891. Videatur etiam infra, epist. 781.

[25] Antonius de Scheuenburg. GAMS, *Series episcop.*, 270; BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 804.

[26] Duplex a Frusio elaboratum opus theologicum prodiit, distinctum illud quidem, cui titulus ferme idem: «*Assertiones Theologicae* etc.» Cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, III, 1046.

Haec paucula hoc mense, Reverende Pater, facta sunt. Deus proculdubio plura facturus erat; sed nostra negligentia obstitit. Oret igitur V. R. cum sancta Societate ut deinceps uberiores fructus afferamus, quo citius nostra reducatur Germania, quae nimis diu aberrauit. Sit etiam V. R. mei memor peccatoris. Salutant V. R. et totam congregationem R. P. Leonardus [27], Mter. Franciscus Costerus, Mter. Andreas Boccatius [28], Mter. Gregorius Fabius, Petrus Haupthius [29] colonienses cum toto collegio, et vestris sanctis precibus iuuari cupiunt, quo sic sua studia tractent omnes, ut aliquando ecclesiae et Germaniae patriae prosint. Bene vale.

Coloniae 4 nonas Januarii, anno 1.5.58.

Ex mandato R. P. Leonardi
T. R. P. indignus filius
Joannes Rethius.

Inscriptio. † Rdo. in Christo Patri D. Jacobo Laynezio, Societatis Jesu generali vicario. Romae.

702

PATER LUDOVICUS COUDRETUS

PATRI JACOBO LAINIO

MONTE POLITIANO 3 JANUARII 1558 [1].

Primum sui in Montem Politianum adventum, primaque ibidem erga proximos ministeria narrat.—Plurimus ad eum audiendum populi concursus.—Praeclara conversionum exempla.—Quum archipresbyter, tum cardinalis de Nobilibus bene affecti.—Doctrinam christianam pueros, cum ingenti parentum illorum laetitia, in templo docet.—Modum id efficiendi tradit.—Ad pagos vicinos excurrit.—Puerorum exercitationes.—Mtri. Francisci Tarugii benevolentia.

†

Molto Rdo. in Christo Padre.

La somma gratia et amore eterno di Giesù N. S. sia sempre

[27] P. Leonardus Kesselius, annot. 7.

[28] Vide annot. 11.

[29] Cf. *Lainii Monum.*, II, 561.

[1] Ex autographo in codice *Ital. 111*, ff. 26-28, antiquitus 117-120.

con tutti noi. Per essequire l' obediencia scriueremo in questa breuemente quelle cose nelle quali, doppo che siamo qui [2] ne siamo sforzati seruire il Signore et honorare il suo santo nome, benchè confessiamo che per essere inetti instrumenti et negligenti, non hauemo fatto quello frutto, che altri della Compagnia hauerebbono fatto.

Nel principio di Settembre [3], arriuato qui con il compagno, cominciai a predicare le feste et dominiche nella pieue et con assai auditorio, et, secondo che trouai nelle confessioni, con buon frutto, et molte persone se mossero a confessarsi et anchora a fare confessioni generali, et confessai molte persone tanto che non poteuo suplire a tutti quelli che se uolleuano confessare con me. Fra gli altri ne confessai vno che si teneua la concubina (si come mi fu detto da vn suo parente), et lui si determinò di lasciarla, et così confessato, si communicò con grande diuotione. Sequitai le predicationi la mattina, insino a l' aduento, che toccaua alli Padri capuccini predicare. Più uolte sono uenuti gli signori con il commissario della terra a dette predicationi, et alle uolte anche nelle compagnie, hauemo fatto alcune exhortationi, le quali penso sono state di buon frutto.

Nel principio d' Ottobre vennero i fratelli [4] mandati da V. P., et il fratello Mtro. Alfonso [5], vna domenica sequente, fece vna oratione latina bella, pia et molto elegante, ritrouandosi presenti i signori et altri dottori et persone principali di questa terra, et restorno tutti molto satisfatti. Si fece detta oratione in pieue uollendo così il signor arciprete, il quale sempre ne ha mostrato molte amoreuolezze dicendosi anche che Mons. Rdmo. il cardinale de Nobili [6] più uolte gli haueua scritto raccomandandogli il nostro collegio. Onde in mo[lte] [a] cose vediamo la beneuolencia

[a] *Charta consumpta.*

[2] De collegii Montis Politiani exordio, deque primo Coudreti illuc adventu, videnda sunt *Lainii Monum.*, II, 351, 352, 393, 421, 461, 499.

[3] Ibid., 351, 352, 436.

[4] Horum nomina videantur ibid., 501-502.

[5] Mter. Alphonsus de Ascoli. Ibid., ibid.

[6] Robertus de Nobilibus, cardin. in urbe Montis Politiani natus. CIACON.-OLDOIN., *Vitae et res gestae pontif.*, III, 784.

de S. Sria. Rdma. porta alla Compagnia, et massime in hauer' prestata la sua casa [7] acciò venisse a star qui la nostra Compagnia, la qual cosa ne constringe (oltre la generale obligatione de tutta la Compagnia) particolarmente noi che stiamo qui essere di S. Sria. Rdma. affettionati serui in Giesù Christo. Imperò che se ben' alla Compagnia nostra non importa di star più qui, che altroue, da[to che] in molte parti è ricerca, nondimeno c' è obligatione particolare a quelli che ci mostrano particolari beniuolencia et affettione. Et però per ricognoscere in parte detta beniuolencia noi dichiamo le nostre messe et altri seruicii diuini, come confessare et communicare nella pieue, quale è del sopra detto cardinale: benchè alle uolte quando siamo ricerchi, ma non sempre, ma quando ci pare più seruicio d' Idio, vno di noi dice messa per satisfattione di qualche compagnia o persona, che ha diuotione particolare in sentire le nostre messe, rimanendo sempre vno di noi, che dica messa in pieue.

Doppo che hauemo cominciato a tener la schuola, io cominciai a leggere le domeniche et feste vna lettione della dottrina christiana per i scholari, in vna chiesa in mezzo della terra, grande quasi doi volte come la nostra di Roma, et è venuto et viene a quella assai gente, et mi pare che più attentamente l' ascoltano che le prediche, et fo repetere a vno scholare in presentia di tutti quello in summa che ho letto nell' vltima lettione; il che è di grande edificatione a tutti.

La dominica auanti natale, io feci recitare a modo di disputa, vna parte della dottrina christiana a parechii scholari, et ui si trouò il S.r commissario, i S.ri priori [8], et tanta gente che non potea capire in chiesia, et però alcuni tornauano in dreto per non poter capir' in chiesia, et fu cosa di grande edificatione et consolatione a tutti.

Perchè, oltra de l' allegrezza che si pigliaua in vedere recitar bene i scholari, gli auditori anchora sentiuano et imparauono le cose necessarie al christiano; vna cosa sola ci fu che dire che

---

[7] Cf. *Lainii Monum.*, II, 502-503.

[8] Ibid., 394, 462.

De operariorum Billomi paucitate.—Lainii de eo collegio sollicitudo.—P. Broëtus propediem Roma in Galliam revertetur.—De rebus conventus generalis litterae copiosiores mittentur.—Singulorum collegii incolarum nomina exprimit, eosque salutat.

†
Ihs.

Pax X.[i] Charissime Pater. Accepimus V. R. litteras kalendis Julii ad Patrem nostrum praepositum datas cum quadrimestribus Patris Ruberti Claisonii, et letamur in Domino, qui uobis, et strenue laborare in uinea sua, et cum uberi fructu, concedit. Quod ad penuriam operariorum attinet [a], satis uidemus pro messis magnitudine non exiguam esse. Dominus mittat operarios multos in uineam suam [2], et si quid poterit Pater noster praepositus (quanuis ubique fere gentium, pro messis amplitudine, penuriam huiusmodi sentiamus) memor erit billionensis collegii.

Pater magister Pascasius [3] cum primum fieri poterit, et hi aestus deferbuerint, in suam prouinciam redibit, et, ut spero, non solus forte ipse scribet, quanuis breui uiua littera sit futurus.

Quae ad electionem nostri praepositi pertinent, et alia consequentia, per alias litteras scribo [4], quae communes erunt etiam et parisiensibus fratribus. Interim orationibus R. V., ac Patris Roberti [5], Patris Canalis [6], P. Nicolai [7], fratris Leonardi [8], et Ludovici [9] et magistri Jacobi Morelli [10], ac reliquorum, nos in Domino comendari cupimus.

---

a actinet *ms.*

---

1 Ex codice *Regest. V,* fol. 205v. 2 MATTH., IX, 38; LUC., X, 2.

3 P. Paschasius Broëtus, Romae comitiis Societatis aderat.

4 Cf. supra, epist. 884.

5 Robertus Clayssonius. *Lainii Monum.,* II, 460, annot. 18.

6 Petrus Canalis. Ibid., annot. 23.

7 Nicolaus Paradensis. Ibid., annot. 19.

8 Leonardus Masserus. Ibid., annot. 21.

9 Ludovicus Gerardinus. Ibid., annot. 20.

10 Ibid., annot. 22.

Valete in domino Jesu Christo.
Roma 3 Augusti 1558.
Inscriptio. Billon. Mtro. Hieronimo Lebas [11].

908

PATRI JOANNI COVILLONIO

ROMA 6 AUGUSTI 1558 [1].

Scriptum testimonium exposcitur de P. Covillonii, et aliorum, doctorum in theologia gradu.—A legibus domesticis Covillonius solvi cupit.—Prudentissimum Lainii responsum.

†
Yhs.

Pax X.ⁱ Riceuemmo quelle de V. R. de 26 di Giugno et 2 di Luglio; et quanto al priuilegio del dottorato, si uederà di farlo cauar da Candia [2], et in questo mezzo, se bisogna testimonio de nostro Padre preposito, et del doctor Baptista [3] che si trouò presente, si mandarà, et anche del doctor Hermano [4], et de altri.

Quanto al bisogno d' esser libero delle regole etc., presto si mandarà persona, che proueda come sia conueniente, in modo che alla R. V. non manchi la sua commodità conueniente, nè a li fratelli la edificatione; et così ancora del ayuto per la camera si trouarà qualche buono espediente, maxime essendo la uolontà già resignata nelle mani de Iddio N. S., et della obedientia santa [5].

---

[11] Collegii rector erat.

[1] Ex codice *Regest. V,* fol. 206.

[2] Sermo est de Gandiae universitate, in qua decem et octo retro annis, anno videlicet 1550, «P. Gonsalvus de Sylveira, P. Joannes Coviglion, et P. Georgius Morera, Doctores in Theologia sunt creati». Polancus, *Chron.,* II, 97; *Sanctus Franciscus Borgia,* III, 53, 55.

[3] P. Joannes Bta. Barma. Polancus, loc. cit., 96-97.

[4] P. Hermannus Thyraeus, anno 1556 in collegio romano doctoris gradu insignitus. *Monum. Ignat.,* ser. 1.ª, XI, 496; Polancus, *Chron.,* VI, 27.

[5] Audiendus est de hac re Canisius, ad Lainium 15 Aprilis anni insequentis scribens: «Scribit isthuc P. Couvillonius, homo certe morosus et uarius, qui seipsum male iudicat, et qui vnus forte plus negotii facessere possit Rectori, quam reliqui omnes, ualet tamen in studiis et lectionibus, alibi praestat illum domi esse quam foris. Sive a regulis liberetur, sine non, eodem opinor modo se geret: satis erit Rectorem cum illo agere, ut nunc

Hebbe la sua il P. Luis Gonsalez[6]; non so se hoggi scriuerà. Io non posso più estendermi, se non in recomendarmi nelle orationi de V. R. et del P. Dr. Hermano et delli altri charissimi fratelli.

De Roma 6 di Agosto 1558.

Inscriptio. Couillon.

909

PATRI THOMAE LENTULO

ROMA 6 AUGUSTI 1558[1].

De gravi, qua Lentulus pulsabatur tentatione, ad ordinem Cartusianorum transeundi.—De Patris generalis praepositi electione.—De Dionysio Feyrabent, et Jodoco Carcineo.

†
Yhs.

Pax X.[i] Charissime Pater. Accepimus V. R. literas 12 Julii ad nos datas; et tam Pater noster praepositus et P. Dr. Canisius[2] quam ego minime dubitamus tentationem esse (nec minimam quidem sed ualde grauem) quae illum amicum[3] exagitat desiderium carthusiae et taedium nostrae Societatis ei obiiciens; et quia bonam esse mentem illius credimus, etiam tentationis tempestatem antequam hae literae isthuc perueniant, sedatam fore in Domino speramus. Si tamen aliter se res[a] haberet, expectandum esset certe, donec Pater prouincialis Canisius, qui iam iam ad

[a] feres *ms.*

agit, indulgenter, et non laxare illi prorsus habenas, praesertim ubi alios etiam fratres in collegio grauare, et sine ordine agere solet, nescio quibus melancholiae humoribus obnoxius. Itaque suauiter illi quidem responderi uelim, sed ita, vt Rectoris prudentiae ius in illum relinquatur. Dominus huiusmodi ingenia pro sua bonitate reddat moderatiora.» Apud BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.,* II, 391.

[6] P. Ludovicus Consalvius de Camara. Cf. epist. 841, annot. 9.

[1] Ex codice *Regest. V,* fol. 206.

[2] P. Petrus Canisius, superioris Germaniae praepositus provincialis.

[3] Amicus hic ipsemet erat P. Thomas Lentulus, collegii rector, ad quem epistola scribitur. De tentatione vero infra redibit sermo. Cf. interea BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.,* II, 349, annot. 7; 375, annot. 1 et 2.

iter se accingit, isthuc perueniat. Et quia forte in Poloniam progredietur, P. Dr. Lanoyus [4] Ingolstadium se conferet, et uidebitur ut omnia cum edificatione transigantur ad gloriam Dei. Mittuntur et alii non pauci theologi scholastici et coadiutores. Demum Dominus erit uobiscum. De aliis rebus plura modo non licet, nisi quod orationibus V. R. nos in Domino multum comendamus.

De electione Patris nostri praepositi scripsit [b] uobis Pater prouincialis (ut opinor), et ego scripsi Patri Victoriae [5] ut uobis communicaret eas literas, quod et faciet si nondum fecit. Narrabunt et ore tenus hi Patres [6].

Vale in domino Jesu Christo.

Romae 6 Augusti 1558.

Al P. Vittoria s' è scritto, et scriuerà come conuiene. È bene non li mandar Dionisio [7], insin a tanto che predichi meglio Iodoco [8], o un altro di qualche banda.

Inscriptio. P. Thomaso.

910

COMMUNITAS BRIXIENSIS

GENERALI PRAEPOSITO S. J.

BRIXIA 6 AUGUSTI 1558 [1].

Collegium Societatis exposcunt.—Martinengi abbatis opera, ad id quod exoptant obtinendum utuntur.

Molto Rdo. Padre. Conoscendo noi che al buon gouerno d' una città la principal cosa è la religione, la qual conseruata nella

b scriptis *ms.*

[4] P. Nicolaus Lanojus, quem paulo post collegio ingolstadiensi praefecit Lainius. Epist. 915, 946.

[5] P. Joannes de Victoria, vices provincialis agens. Epistolam, quam hac de re ad omnes provincias misit Polancus, supra nos dedimus, n. 884.

[6] PP. Canisius et Lanojus, qui comitiis interfuerant.

[7] Dionysius Feyrabent, de quo videnda sunt quae adnotavimus, *Lainii Monum.*, II, 39, annot. 12; 179, annot. 10.

[8] Jodocus Carcineus. Supra, epist. 840, annot. 12.

[1] Ex archetypo in codice *Epist. communit.*, 2 ff., n. 26, prius 403.

sua purità, et con carità accresciuta, suole dare spirito e forma anchora a tutti gl' altri ordeni et instituti ciuili; per il publico carico c' habbiamo, considerando come la nostra potesse essere piamente amaestrata et instituita nei costumi christiani, habbiamo sempre procurato d' hauer buoni et catholici predicatori, et fideli ministri di Giesù Christo. Et hora, essendo noi fatti certi del gran frutto, che suol far il Spirito santo co 'l fidel ministerio della vostra Compagnia, desideramo d' hauere del vostro numero operarii, i quali con la medesima carità facciano gli essercitii nella città nostra, che per il desiderio dell' honor d' Iddio, et della salute dell' anime, sono usati di fare in altri innumerabili luoghi. Preghiamo adunque la carità vostra, per amor de Giesù Xpo., sia contenta mandarne huomini, che siano secondo il bisogno nostro, del quale ne sarà più particolarmente ragguagliata dal molto Rdo. monsignor abbate Martinengo [2], al quale come honoratissimo et amoreuolissimo nostro compatriota, si è commesso questo negotio. Dessideramo ben che la venuta loro sia presta, però che è presente il bisogno. La chiesa et le stanze per special uso de vostri sono apparecchiate, et prouision bastante all' altre necessità et commodità, quanto pare che al presente faccia mestiero; la qual accrescerà anchora, come speramo che debbia esser maggior il frutto dell' oppinion c' habbiamo.

Et con questo alla carità vostra diuotemente se raccomandiamo. Da Brescia alli 6 Agosto 1558. Di V. R. P. come figliuoli,

I DEPUTATI DELLA CITTÀ DI BRESCIA [3].

Inscriptio. Al molto Rdo. priore di jesuiti, Padre in Christo honoratissimo. A Roma.

Vestigium sigilli.

---

[2] Hieronymus Martinengus, de quo saepe fit, atque iterum fiet sermo in nostris MONUMENTIS.

[3] Videndae sunt infra, epist. 922, 938.

911

PATER PAULUS ACHILLES
PATRI JACOBO LAINIO
PANORMO 9 AUGUSTI 1558 [1].

Cardinalis panormitani obitus.—Sodales crebro morientibus adsunt.—De aliis sodalium ministeriis.—De nonnullis novitiis aegrotis.

Jesus et Maria.

Molto Rdo. in Christo Padre. Pax Xpi. Habbiamo riceuuto le conclusioni, quale sonno state disputate nel tempo della congregatione generale [2], et regratiamo V. Rda. P.tà

In questo tempo nel quale regnano molte infirmità in Palermo, et molti anchora ne moreno, et de conditione, fra i quale è stato Mons. Rdmo. di Palermo [3]; li sacerdoti sonno molto occupati in confessar' li infermi et andar' quanto si può ad aiutar' a ben morir', ma per essèr' pochi sacerdoti, et alcuni di questi pochi infermi, non si può sodisfar' a tutti nelle schole. Hora sonno molto pochi scholari, per li grandi caldi, et per le molte infirmità: pur li maestri non mancano di esercitar' quelli pochi che uengono. Alla predica uiene mediocre auditorio: sia in tutto regratiato nostro Signor.

Nel collegio hauemo tre nouitii infermi, delli quali vno sta in pericolo, cio è Carlo Rigio, fratello di Pietro Rigio: è uero che c' è grande speranza, ma la febre è grande et continua, hoggi è il decimo. Alcuni altri stanno in reconualescentia. Non m' ocorre altro se non che sempre tutti se raccommandiamo all' orationi di V. Rda. P.tà Di Palermo li 9 de Agosto 1558.

D. V. R. P. indignissimo seruo in Jesù Christo,

Paolo de Achille.

Inscriptio. ┼ Al molto Rdo. in X.° Padre, el Padre Mtro. Ja-

---

[1] Ex autographo in codice *Ital. 113*, 2 ff., nn. 22, 23, prius 255.

[2] De his supra, in epist. 884.

[3] Petrus Taliauia (Tagliavia) de Aragonia, cardinalis, nonis Augusti migravit e vita. Ciacon.-Oldoin, *Vitae et res gestae pontif.*, III, 784; Gams, *Series episcop.*, 952.

como Laynez, preposito generale della Compagnia di Jesù. A Roma.

Sigilli vestigium.

912

FERDINANDO I IMPERATORI

ROMA 10 AUGUSTI 1558 [1].

Litterae humanitate plenae, quibus Ferdinando imperatori nuntiat P. Petrum Canisium una cum Pauli IV legato ad Poloniam mitti. — Supplex tamen obsecrat, ut quum primum ei liceat, in Germaniam, ubi munus provincialis gerit, revertatur.

†
Jhs
S. C. Majestas.

Gratia et pax domini nostri Jesu X.[i] inhabitet Majestatem Vestram, et exornet continuis donorum spiritualium augmentis ad gloriam suam et reipublicae xpianae. utilitatem.

Cum doctorem Petrum Canisium simul cum aliis quibusdam Societatis nostrae uiris religiosis ac eruditis remissurus essem in Germaniam, post absoluta congregationis nostrae generalis [2] negocia grauiora, ut in obsequiis Majestatis uestrae animarum auxilio se, iuxta instituti nostri rationem, impenderent, renunciatum est nobis summi pontificis nomine, ut duos nostrae Societatis theologos legato, uel nuncio [3], qui ab hac sede apostolica in Poloniam mittebatur, adiungeremus. Vnde cum alioqui (ut dixi) mittendus esset Dr. Canisius, illum cum Dre. Theodorico [4] ea ratione et consilio obtulimus [5]; ut postquam in dieta Poloniae, res, quae ad religionem pertinent, transigerentur, mature saltem

---

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 206v.

[2] De rebus congregationis vide epist. 884.

[3] Scipio Rebiba cardinalis, legatus a Paulo IV ad Ferdinandum I, atque in Poloniam ad regem Segismundum missus. PAGI, *Breviarium*, n. 398; BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.*, II, 294, annot. 2.

[4] Theodoricus Gerardi, amsterodamensis, de quo in superiore volumine, pagg. 80, 95.

[5] Legenda est Canisii epistola, Romae 7 Augusti, ad Ottonem Truchsessium, cardin. augustanum, hac de re data, apud BRAUNSBERGER, loc. cit.

Dr. Canisius in Germaniam (in qua ut praepositus prouincialis nostrae Societati praefuturus est) se reciperet, ut siue in dieta augustana, siue alibi, prout V. M.ti uideretur, suum offitium faciat. Quia uero prius ad curiam V. M.tis eum accessurum audiuimus, cum legato sedis apostolicae, his eum litteris ad M. V. comitari uolui. Et quia caetera, si quae uellet M. V. intelligere, ipse melius ore tenus referre poterit, hoc tantum dicam in negocio his diebus Romae tractato, nec ipsum, nec me, nec alios de Societate pro tenuitate uirium nostrarum omisisse officium vllum, quod oblata, imo et quaesita occasione a nobis praestari potuit, prout et ratio ipsa veritatis et relligionis, et nostrae etiam gratitudinis, qui tam multis nominibus benignitati M. V. sumus obnoxii, postulabat; nec cessabimus in orationibus et sacrificiis nostris diuinam bonitatem praecare, ut luce suae sapientiae, et omnibus aliis sancti Spiritus donis illustrare ac dirigere M. V. in administratione sibi commissi imperii dignetur, et omnibus gratiam uberem ad cognoscendam et explendam uoluntatem suam sanctissimam, largiatur.

Roma 10 Augusti 1558.

Inscriptio. All' imperator romano.

913

MARTINO DE GUZMAN

ROMA 10 AUGUSTI 1558 [1].

Epistola officiosa.—Patres Canisius et Gerardi cum legato pontificio ad Poloniam mittuntur.—Quum praedicti Patres, tum res omnes Societatis in Germania Martino commendantur.

†

Muy Illtre. señor. La gratia y paz de X.° nuestro señor sea siempre en nuestras ánimas. Después de la partida de V. Sría. desta corte [2], determinándose S. S. de ymbiar nuntio á Polonia, nos fué demandado en su nombre le diésemos dos theólogos para

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 206v.

[2] Martinus de Guzman, princeps Ferdinandi I cubicularius, ad Paulum IV legatus Romam venerat, ut de ipsius Ferdinandi novi imperatoris

acompañarle en aquella dieta [3], que en aquel reyno se ha de hazer, y assí señalamos al doctor Canisio [4] y al dottor Theodorico [5], que esta lleuan, porque con legado [6] ó sin él, se hauían de ymbiar después de nuestra congregatión [7] á essos estados de S. M., y hazemos cuenta que deteniéndose poco en Polonia, y cumpliendo en ello con la obedientia de la sede apostólica, muy en breue se podrán tornar para seruir S. M. donde quiera que más le plega á gloria de Dios N. S. No quise perder con ellos la occasión de saludar á V. Sría., ni de supplicarla nos tenga á todos por cosa suya en X.° nuestro señor, especialmente tenga la protectión, que siempre ha tenido de los nuestros que en essos estados de S. M. siruan á Dios nuestro señor. Y porque lo demás que V. Sría. podrá querer entender lo dirá de palabra el P. Dr. Canisio, no me estenderé en otro, sino rogar á Dios N. S. guarde y prospere en su santo seruicio la muy Illtre. persona de V. Sría., y á todos dé gracia de sentir siempre y cumplir su santísima uoluntad.

De Roma X di Agosto 1558.

Inscriptio. Martín de Guzmán.

---

electione pontificem faceret certiorem. Paulus tamen IV neque «Martinum excipiendum, neque Ferdinandum pro legitimo Caesare agnoscendum putaverat». PAGI, *Breviarium,* VI, 389, et passim de historica re scriptores.

[3] De comitiis Petricoviae celebrandis loquitur. PAGI, loc. cit., 398; BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.,* II, 295.

[4] P. Petrus Canisius. Cf. epist. praecedentem.

[5] P. Theodoricus Gerardi. Ibid.

[6] Scipio Rebiba, cardin. pisanus. Ibid.

[7] Sermo est de generali congregationi, cui Canisius aderat.

914

FRANCISCO SCIPIONI (BORDON)

ROMA 12 AUGUSTII 1558 [1].

De studio, cui applicandus videtur Scipio.—Res cum Patre provinciali conferenda.

†
Yhs.

Pax X.i Charissimo in X.o M. Francesco. Ho riceuuto due lettere della charità uostra, et auanti di riceuere la 2.a si era ragionato delli uostri studii, et pareua che hauendo uoi inclinatione alla dialettica, potreste sentirla, hauendosi a leggere in Vienna diligentemente; et insieme con questo potreste leggere una lettione greca. Dopoi, uedendo l' ultima uostra, pare ci inclinareste ad attendere al greco per qualche anno prima che alla dialettica.

Potria anche questo dissegno esser buono. Finalmente andando di là il Padre prouinciale [2], con lui potrete conferire, representandoli uostri motiui, et il tutto lasciando alla dispositione della santa obedientia. Solamente questo dirò, che il disegno d' intendere l' altre cose per aiutarsi di quelle in questa facultà delle lettere humane, pare buono per aiutare il bene uniuersale.

Non altro, se non raccomandarmi molto nelle orationi uostre, et pregar Dio N. S. a tutti dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà.

Di Roma 12 di Agosto 1558.

Inscriptio. Francesco Bordon.

---

[1] Ex codice *Regest. V,* fol. 207v. Huic intelligendae lucem afferet epistola, ad eumdem Franciscum data, quam supra invenies, sub n. 859.

[2] P. Petrus Canisius.

915

PATRI JOANNI DE VICTORIA

ROMA 10-12 AUGUSTI 1558 [1].

Epistola de Patris generalis electione ad Germaniam missa.—P. Canisius a pontificia in Poloniam missione rediens, iterum Germaniae praeficitur.—Diversorum collegiorum praepositi renuntiantur.—P. Victoria a munere viceprovincialis quiescere jubetur.—Qua de causa in Germania eum remanere oporteat.—De domo probationis, de convictoribus, ac de rebus oibinensibus.—Cardinalis Moronus in custodia detentus.—De scholis cuique collegio in Germania propriis.—Didacus de Victoria in Hispaniam missus parum recte se gerit.—Ludovicus vero, ipsius frater, contra.—Falsus rumor de sodalibus a fidei quaesitoribus in Hispania captis.—Duo Victoriae commendantur: et valetudinis cura, et major affabilitas in conversatione cum sodalibus.

†
Yhs.

Pax X.[1] Per le molte occupationi di questi giorni passati non ho fatto risposta ad alcune lettere della R. V., benchè gli ho scritto diffusamente delle cose della elettione del preposito [2], et altre consequenti; la quale lettera, se prima non si è mandata in Ingolstadio, acciò che di là si mandi etiam in Praga, si potrà fare. Il portator della presente serà il Padre dottor Canisio [3], prouinciale di Alemagna, confirmato di nuouo per nostro Padre. Et perchè lui sarà lettera uiua, specialmente hauendosi trattato delli negotii di Alemagna in congregatione generale, et etiam in altre particolari, non accaderà che io in quelle cose mi estenda. Tornarà presto, piacendo a Dio, di Polonia [4] detto Padre; et in questo mezzo, restando la R. V. in Vienna, et il Padre dottor Lanoy [5] andando in Ingolstadio, et il dottor Paulo [6] in Praga, non pare sarà necessario più l' officio de viceprouinciale, et così hauerà la R. V. tanto manco da fare. Si era pensato farla uenire

[1] Ex codice *Regest. V,* fol. 207.

[2] Generalis praepositi electionem indicat, de qua vide epist. 884.

[3] P. Petrus Canisius, qui ut comitiis interesset Romam venerat.

[4] In Poloniam Canisius cum legato pontificio a Paulo IV mittebatur. Cf. epist. 912 et 913.

[5] P. Nicolaus Lanojus. Supra, epist. 909, annot. 4.

[6] P. Paulus Hoffaeus, saepe laudatus.

in queste bande, doue ci è carestia di persone che tengano la lingua italiana; pur intendendo che predicaua alla regina [7], non è parso conueniente far mutatione per adesso. La R. V. hauerà cura di rettor del collegio di Vienna; et se altra cosa in particolare gli raccomandasse il Padre dottor Canisio, la farà con la sua solita promptezza de obedientia et charità. Le ultime della R. V. sono di due et quattro di Luglio, de Vienna, senz' altre di sei di Giugno di Praga.

Della casa di probation [8] porta risolutione il Padre prouinciale, et anche de li conuictori [9]. Della concessione fatta per S. S. dell' intrata d' Oibin [10], si fece viue uocis oraculo solamente, che bastaua per alhora; et perchè dette testimonio il cardinal Moron [11], il qual sta adesso in Castello [12], non è tanto facile espedir questa cosa per adesso, maxime non l' hauendo la magestà del re [13] dato perpetuamente, il che se lei facesse, penso saria facile espedir il breue.

Delle lectioni di theologia, et delli salarii, porta risolutione il P. Canisio.

Si è intesa la cagione di rimouere gente di Praga, et delle uacantie delle lettioni, et anche dirà il Padre detto quel che s' è

---

[7] Maria Austriaca, uxor Maximiliani II, regina Bohemiae, de qua passim mentio fit in MONUMENTIS.

[8] De domo probationis in provincia Germaniae aperienda jam diu agebatur, ut est in epist. 843, annot. 11.

[9] De his cf. supra, epist. 813, annot. 18.

[10] De oibinensi coenobio, et quonam pacto Societas sit illud ingressa, non semel in superioribus factus est sermo. Sed videantur *Lainii Monum.*, II, 481, annot. 19.

[11] Joannes Hieronymus Moronus. CIACON.-OLDOIN., *Vitae et res gestae pontif.*, III, 680 et seqq.

[12] Praedictus cardinalis «a Pontifice Paulo qui de eo male audierat, in Hadriani Molem [vulgo Castel Sto. Angelo] fuerat anno superiori conjectus». CIACON.-OLDOIN., loc. cit. «Cujus postea innocentia sub Pio IV, Pauli successore, non ab ipso Paulo, ut male scribit Thuanus, districto examine detecta, omni non modo culpa, sed etiam culpae suspicione verbis amplissimis liberatus est.» RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici,* XIV, 636; MORONI, *Dizionario,* XLVI, 300.

[13] Ferdinandus I, rex tunc temporis romanorum, nunc vero imperator. Cf. epist. 809.

risoluto di far il studio delle arti in Uienna, et della gramatica et humanità in Praga.

Quanto a Diego [14], perchè lo trattaua mal la infermità etiam in Genoua, si mandò con un compagno et buon viatico in Spagna, con lettere per il rettor del collegio di Burgos [15], et altre generali. Uederemo come si diporta, che a la uerità in utroque homine mostra assai bisogno di esser' aiutato, per essere poco abnegato nel suo juditio et uolere, et pigliarsi molta malinconia, se non si fa a suo modo ogni cosa; et di quella nasce forsa la infermità [16]. Vederemo se con la mutatione si aiutarà, che è da sperar' in Dio N. S. [17]. Non se gli è significato a lui che ci fosse alcuna mala sadisfattione per non contristarlo. L' altro fratello [18] di Burgos, cui lettera ua qui, pare stia meglio disposto. A tutti due aiuti la diuina bontà, et ci dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà.

Di Roma X di Agosto 1558.

Inscriptio. P. Vittoria.

Post scripta. Hase detenido el Padre prouincial, y hemos resciuido las de 12 de Julio de V. R., y no sé cómo las encamina, que de Venetia aquí nos costó más de medio ducado el porte. Aquella uía es costosa, porque de Venetia aquí suele ser grande el porte, si no ay algún medio, como de embaxador, que las ymbíen sin costo etc. Por la posta no nos suele costar nada, que nos las dan gratis, por amistad. Las escusas de la costa hecha á Praga no era[n] necessarias para con nosotros, ni las cuentas, que bien sabemos cómo procede V. R.; pero dióse auiso, para la cautela en el modo de proceder; que gente settentrional mira más por uentura en cosas de interesse, que otra que conozcamos acá.

---

[14] Didacus de Victoria, frater P. Joannis. Cf. epist. 813, annot. 24; 851, annot. 6.

[15] P. Gaspar de Acebedo. Supra, epist. 807, annot. 4.

[16] His apprime consonant quae jam pridem de Victoria Didaco dicta fuerant. Cf. *Lainii Monum.*, II, 392, annot. 6, 669.

[17] Spem fefellit eventus. Ibid., 375, 392.

[18] Ludovicus de Victoria. Supra, epist. 706, annot. 13.

En lo del rumor falso [19], ya por otra se scriue. Dos flayres dominicos, un F. tal de Rojas [20], hermano del marqués de Poça, y un F. tal de Guzmán me pareze son los religiosos presos; y los nuestros están muy lexos desta harina, Dios loado; y no ha auido cosa poca ne mucha que nos toca, y así se podrá dezir.

Aduierta V. R. que entendemos se fatiga mucho, y duerme mal, y beue mal; y para durar en el trabajo y no acabar presto el todo, conuiene moderarse. Crea V. R. á nuestra esperientia; y de la moderatión uendrá que aun tenga la esterior conuersatión para con los suyos más dulze, que sin que caya V. R. en la cuenta, podría ser que por la dispositión corporal [que] de se a [21], les sea más áspero con la muestra del rostro, que lo es su corazón. Auiso de todo como quien habla á otro sí: teniendo por cierto que todo lo tomará con las entrañas que se dize.

12 de Agosto 1558.

Inscriptio. P. Vittoria.

916

EPISCOPO CAMERINO

ROMA 13 AUGUSTI 1558 [1].

Episcopi litteris, collegium Societatis expetentis, comiter respondet, in promptu ipsius votis, ob parvum sodalium numerum, satisfacere non posse.

†
Yhs.

Pax X.ⁱ La gratia et pace de X.° nostro Signore sia sempre nel anima di V. Sria. Rma. et de tutti, amen.

Rmo. monsignore in X.° osseruantissimo. Ho riceuuto quella di V. Sria. de 27 del passato [2], nella quale mostra quel suo bon

[19] Nonnullos videlicet e Societate alumnos a fidei quaesitoribus captos atque in carcerem fuisse conjectos. Hic rumor erat. Videantur supra, epist. 836, 862, 895.

[20] Fr. Dominicus de Rojas, dominicanus, de quo diximus in epist. 772, annot. 16.

[21] Id est, ob adversam corporis valetudinem, quam ex seipso habet, etc.

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1557-1559*, pag. 214.

[2] Hanc invenies sub n. 901.

animo et molto amoreuole, che sempre ha tenuto uerso di noi, trattando di dar principio ad un collegio in Camerino, concorrendo etiam la communità con quello che sogliono dare ogni anno alli maestri di schola. Et per parte di tutta la Compagnia nostra, ringratio molto V. Sria. Rma. di questa sua charità, et così anche la cità della sua beneuolenza.

Pur, quanto al collegio, per adesso non uedo che possiamo fare alcuna risolutione per parte nostra, perchè occupati insino adesso in altre cose uniuersali della congregatione nostra [3], non habiamo ancor uenuto a considerar le forze nostre per pigliar nuoui assunti di collegii, per li quali di molte bande siamo ricercati.

Presto potremo essere chiariti, et trouandosi modo di poter seruire a V. Sria. Rma. et alla città sua, li darò di nuouo auiso: pur, parlando generalmente, per insino adesso io uedo più buona uoluntà che forze, per pigliar noui assunti simili.

Dio nostro Signore si degni accrescere il numero et spiritu delli suoi operarii, et offerendomi al seruigio di V. Sria. Rma. a gloria de Dio nostro Signore, non dirò altro se non che prego la maestà sua la conserui et prosperi in suo santo seruigio, insieme col grege a lei comesso, et a tutti dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà.

Di Roma 13 di Agosto 1558.

Inscriptio. Camerino, al vescouo [4].

---

[3] Conventui generali alludit, de quo vide epist. 884

[4] Bernardus Bongiovannes.

917

PATER CAESAR HELMIUS

PATRI JACOBO LAINIO

VENETIIS 13 AUGUSTI 1558 [1].

Litteras ultro citroque datas commemorat.—De consilio P. Palmium Venetiis Bononiam transferendi.—Quam ob causam renuat id venetus patriarcha.

†
Jhs.

Pax Xpi. Molto Rdo. Padre in Xpo. A quelle del Mtro. Emerio [2], per l' occupationi in confessioni per la Madonna assumpta, (quali sono tante che pare la 7.^{na} santa de la quaressima), non darò particolar risposta, principalmente circa il desiderio di saper' le cose di Vinegia et Padoa, ma mi rimetto a quello si è scritto alla R. V., et nelle quadrimestri mandate per la via de Bologna; et non mi accade agionger' cosa alcuna a quello scriue N. R. P. soprastante [3], pensando basti quello ho scritto l' altre 7.^{ne} Pure non voglio mancar' di dar questo particolar', circa il rimouer' il P. Mtro. Benedetto. Per tentar' vn poco il Rdmo. patriarca [4], come haueria pigliato per bene che per il mese di Agosto et 7.^{bre} se n' andasse detto Padre a Bologna [5], ho conosciuto che esso Rdmo. patriarca reputa esser pericolo grande di render' imperfetto, et guastar anco quello si è fatto nelli chierici [6], et mi disse esso patriarca: «Non mi potrete dir adesso quello che diceua il nostro Saluator: «Quia oportet me aliis ciuitatibus euangelizare verbum Dei» [7]; perchè (dice) il Signor' operaua ad vn tratto miracolosamente quello che non possono i predicatori di adesso far' in molte

[1] Ex autographo in codice *Ital. 113*, fol. 26, prius 267.

[2] Emerius de Bonis, de quo saepe in praecedenti volumine.

[3] P. Benedictus Palmius, collegii superintendens.

[4] Vincentius Diedo. Epist. 736, annot. 9; 742, annot. 9; 755, annot. 9; etc.

[5] De consilio Palmium Bononiam transferendi cf. epist. 869.

[6] Cf. de hac re epist. 736, 779, 794, 869.

[7] «Aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei.» LUC., IV, 43.

continue prediche, et per questo (dicea) saria bisogno stabilir' quello che si è fondato in Vinegia et Padoa, con il continuar' le essortationi a questi chierici, i quali deuotamente ascoltano, et si spera habbino da metter' in essecutione i consegli et precepti de Dio la più parte, poichè si vede miracolosamente accendersi in essi grandissimo desiderio di esser aduertiti delli loro errori, così priuatamente, come si è fatto fin qui.»

Però priego la R. V. si degni ponderar questa opera delli chierici, con la qual si spera, anzi monsignor nostro tien per certo, si potranno leuar queste scuole [8], nelle quali poco o nessuno frutto se ne vede, perchè non vengano se non persone che non hanno nè modo nè intentione ferma di attender' a lettere, et la scola per li chierici sarà certa, et credo si farà perpetua, benchè la intentione del Rdmo. partriarca è di far questa scola per due anni al più, acciò posanno quelli che non sono idonei per mancamento de scienza, et de jure bisogneria fussero promossi, farsi literati, al manco sufficientemente a bastanza conciosia che adesso non sono degni, et Mons. Rdmo. patriarca, per non li far de sperar', già che sono in stato di non poter tornar' a dietro, gli vuol far questa comodità.

Qua per gratia diuina tutti stiamo bene, et ci raccomandiamo all' orationi di V. R. et di tutti in genere, et in specie al Rdo. P. Mtro. Simone [9] et a Mtro. Emerio et al Rdo. P. Mtro. Pietro Canisio, et a tutti li conosciuti. Jesù sia salute et vita de tutti. Monsignor credo manderà vna poliza per ridurre a memoria la cosa delli catecumeni, et auisa che se bisogna far spesa, che se gli manderà di questa etc. Di Vinegia alli 13 di Agosto 1558.

D. V. R.

Inscriptio. Al molto Rdo. Padre in Xpo. il P. Mtro. Giacomo Laynez, preposito generale de la Compagnia de Jesù, et mio osseruandissimo. In Roma, a Sta. Maria della Strada presso S. Marco.

Alia manu. Di Mtro. Cesare, 13 d' Agosto. Rta. a 19 del medesimo.

Sigilli vestigium.

---

8 Supra, epist. 869.

9 P. Simon Rodericius comitiorum causa Romam venerat.

918

PATER DAVID WOLFIUS

PATRI JACOBO LAINIO

MUTINA 17 AUGUSTI 1558 [1].

De sociorum ministeriis.—Rei domesticae adjutorem exposcit.—Domina Cavaliera et Mter. Hercules aegrotant.—De Mtro. Bonifatio Valentino, labe infecto lutherana, Societatis inimico, Romae capto.—De poena illi injuncta, a qua nostratum ope liberari cupit.—Quid Wolfio hac in re praestandum sit, quaeritur.—De gratiis, granis precatoriis concessis, an sint a Paulo IV abrogatae.—An idem Paulus novum breviarium in universam ecclesiam induxerit, antiquo penitus interdicto.

Jhs.

Pax X.[i] etc. Molto Rdo. in X.[o] Padre. Per le occupationi grande delle confessioni, non ho potuto scriuere a V. R. sabbato passato, et per gratia del Signore non manchano ogni dì, anchora che fossimo 4 sacerdoti. Hauemo aspettato il P. Pelletario [2], ma lui ci manchò, et in vero hauemo gran bisogno di qualche coadgiutore, perchè Hanibal [3] non può esser in ogni luoco, come in cuccina, sacrestia, alla porta etc.

La Sra. Cauagliera [4] è molto male, et V. R. faccia fare oratione per lei, aciò il Signore gli dia la sanità, se è per il meglio, et così per Mtro. Hercole [5] anchora amalato.

Inanzi che comprassimo casa era vn canonico di questa città, per nome Mtro. Bonifacio Valentino, che molto s' affaticaua contra li nostri, per esser lui lutherano, aciò nisuno ci desse la sua casa, et così era inimico d' ogni altre [a] opere pie. Dipoi che ha

[a] altra *ms.*

[1] Ex autographo in codice *Ital. 113*, 2 ff., n. 27, altero non signato, prius 438, 439.

[2] P. Joannes Pelletarius, collegii mutinensis superintendens, Romam ad comitia Societatis generalia venerat. *Lainii Monum.*, II, 222, annot. 3; supra, epist. 856, 857.

[3] Cf. *Lainii Monum.*, II, 679.

[4] Constantia Pallavicina Cortesia, alias Cavaliera, collegii mutinensis fautrix. Supra, epist. 768, annot. 9.

[5] Mter. Hercules Purinus, Societatis amicus. Cf. ibid., annot. 7.

piaciuto al Signore che hauessimo luoco, questo Mtro. Bonifacio scontrò costui che ci l' ha dato, et lo biastemò pregandoli il morbo, cancro et fuoco, et (come c' ha detto alhora il medesimo venditore) poco gli manchaua di dargli delle bastonate, dicendo che non mancharia a chi dare la sua casa, et non darla a forfanti, manigoldi, sbanditi etc. Da lì a 3 dì il buon Mtro. Bonifacio fu presso per lutherano et condutto a Roma, doue stete penso 8 mese, o incirca, in prigione, et dopoi ha cognosciuto li suoi errori, et ritornandosi al gremio della santa madre chiesia, gli fu data questa penitenza, come V. R. la può vedere in questa sentenza data contra di lui, saluo che in luoco della perpetua carcere, gli è concesso di stare in casa sua, et non vscir fuori.

Hora il detto Bonifacio mi mandò dire per vn nostro amico, che se fosse possibile di liberarlo per via della nostra Compagnia, di quelle perpetue carcere, et della patientia gialda che porta, che lui mutaria la vita, et che faria molte cose al seruitio di Dio, et così mi mandò questa sententia scritta per mano d' un notario, et io gli detti questa risposta: che non vorria scriuere alli miei superiori simile cose, vt ne hereticorum viderentur fautores, et lui mi disse che se ben ho errato, nondimanco son tornato; et quel nostro amico mi disse che, se io non facessi il debito mio per liberarlo, che daria da dire alle persone, di volermi vendicare di costui, perchè tutta la città sa l' insolti che ci ha fatto per il passato; imperhò ho voluto scriuere questo a V. R., mandandoli anchora la sententia data, aciò lei facia ciò che gli pare meglio in Domino. Et perchè nisuno può sapere meglio le cose di colui che le proua in effetto, io dirò quello che mi pare in Domino.

Questo Bonifacio è gentilhuomo di questa terra, di gran parentade; non domanda altra cosa, nè beneficii, nè esser liberato di digiunii, elemosine, o dire misse, o altre penitentie ingiunte, essetto di quella patientia et perpetua carcere, et si vede per fin' adesso che si diporte ben, ma per esser di 60 anni, vorria posser andar per la città senza quella patientia, et ha speranza che per mezzo della Compagnia serà liberato, col vigore dell' ultimo capitulo della sententia, doue li superiori riseruano a se la potestà di crescer, sminuire, mutare la sopradetta penitenza. Sono delli

altri heretici fuora di qui, che fugiuanno quando fu presso questo Mtro. Bonifacio, et ogniuno crede che, se Bonifacio fosse libero dell' ignominia di quella patientia, che tutti si conuertiriano al ben fare, ma per paura di quella non ardiscono di venire.

Tutti li amici rendono gratie al Signore, vedendo che questo Bonifacio aspetta soccorso di quelli che prima persecutaua, et in vero si dari[a] [a] bon odore della Compagnia per tutta la città, se si potesse adiutare. Et non più di questo, saluo che V. R. ci [b] dia la risposta alquanto presto.

Hauemo inteso che S. S. ha riuocata le gratie concesse all' Aue Marie beneditte [6] et che ognium dica l' officio vecchio [7]: di questo voressimo sapere. Interim non occorrendo altro che scriuere, molto ci racommandiamo nelle sante orationi et sacrificii di V. R. Di Modona a 17 d' Augosto 1558.

Di V. R. P. seruo inutile,

DAUID WOLF.

Inscriptio. ✝. Al molto Rdo. in X.° Padre, il P. Mtro. Jacomo Laynez, preposito generale della Compagnia di Jesù. In Roma. Di porto due baiocchi.

Alia manu. R.ta a 24 del medesimo.

Sigilli vestigium.

---

a *attrita charta ms.* —b cia *ms.*

---

6 Sermo est de granis precatoriis, quae vulgo «Ave Maria» audiebant, quaeque plurimis, a summis pontificibus indulgentiis fuerant ditatae. De his saepe in nostris MONUMENTIS factus est sermo. Cf. *Lainii Monum.*, II, 92, annot. 7. Jam, hujusmodi indulgentiarum gratias non fuisse a Paulo IV abrogatas erui videtur, quum ex nostris MONUMENTIS, tum ex his quae afferuntur a BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.*, IV, 27-31.

7 Decretum quidem Paulus IV die 8 Augusti ediderat. Verum non eo spectabat ut antiquum ecclesiae breviarium, immo nec breviarii quinnoniani (a Francisco cardin. de Quiñones) usus, qui paulo ante fuerat inductus, omnino interdiceretur; sed ut hoc postremum, quinnonianum nempe, ne posthac typis mandaretur. BATIFFOL, *Histoire du Breviaire romain* (Paris 1911), pagg. 289 et seqq. Caeterum breviarii romani reformationi Paulum IV operam dedisse, nemo est qui neget. Ibid. Cf. etiam TACCHI VENTURI, *Storia*... I, 123-124.

919

PATER IGNATIUS DE ACEVEDO

PATRI JACOBO LAINIO

OLISIPONE 19 AUGUSTI 1558[1].

De Patribus, qui ad comitia generalia profecti sunt e Lusitania.—Res Societatis apud Indos prospere succedunt.—Lusitani principes aliquem e Societate ad goanum archiepiscopatum eligere meditantur.—De missione angolana et brasiliana.—Brasiliae episcopus nuper electus.—De sociorum valetudine.—Suum Ignatius desiderium aperit ad indicas missiones eundi.

†
Jhus.

Mui Rdo. en X.° Padre. La summa gracia y amor eterno de Jesu X.° N. S. sea en nuestro contino fauor y ajuda. Amén. De las cosas de acá se a escrito por las passadas[2] á V. P., que por la gracia diuina va[n] bien. Siéntese todavía mucho la absençia de los Padres que son idos á la congregaçión[3], por ser necessaria su presençia, así para los de casa como de fuera. Esperamos en el Señor que boluerán presto, con se auer hecho la electión[4], y assentado las demás cosas de la Compañía, conforme á la voluntad de su diuina Magestad.

De las Indias an venido nueuas muy buenas este anño, del fructo que nuestro Señor allá haze por los de la Compañía. Las cartas y copias de lo que de allá se embió, irán con la primera oportunidad.

He sabido que la reyna[5] y el cardenal[6] tenían intento que fuesse alguno de la Compañía arçobispo de Guoa; y por lo que auemos entendido que nuestro P. Ignatio, de fe. me., a trabaja-

---

[1] Ex autographo, in codice *Epist. B. Ign. de Acevedo,* 2 ff., n. ant. 657, deleto 567.

[2] Videantur epist. 805 et 827.

[3] De his cf. ibid.

[4] Quae ad praepositi generalis electionem pertinent, fuse narrata invenientur in epist. 884.

[5] Catharina, Joannis III vidua.

[6] Henricus, cardin. infans Lusitaniae.

do por impidir otro semeiante, se procura acá lo mismo. Spero en nuestro Señor que no yrán SS. AA. con esse propósito adelante.

La missión del reyno de Anguola, sobre que otras vezes he scrito [7] á V. P., se a difficultado por algunas informaçiones que a auido, scilicet, de ser muerto el rey [8] que auía embiado los embaxadores á pedir sacerdotes. Quedó por rey hun su hijo [9], y no se sabe aún si tyene los mismos propósitos que su padre [10]; todavía el cardenal, con el zelo que tiene de la honrra de Dios, desea que se effectúe. De nuestra parte están aperçebidos hun sacerdote é hun lego que embió el P. Francisco [11] para esse effecto, y otro sacerdote, y otro lego desta prouincia.

Del Brasil a pedido el P. Nobregua [12], prouinçial, le manden algunos de la Compañía, y vno que tengua su carguo, porque él se halla al cabo por hechar sangre, y Luis da Grãa [13] es ido al Paragai. El P. Francisco ha embiado hun sacerdote para yr allá, y que de acá fuessen otros dos. Estos no pareçe yrán tam presto, porque el obispo del Brasil que está electo [14], en cuja compañía avían de yr, tiene alguna dilación, por no ser venido el breue de Roma para [que] le consagraren.

En los collegios y casa desta prouinçia ay salud al presente, si no es en Coimbra, que de algunos años acá se a hecho muy emferma; y assí ay allí enfermos de la Compañía, más que en estas otras partes.

---

[7] Supra, epist. 805 et 827.

[8] Angolam Inemem, i. e. Magnum Angolam ipsemet se rex Angolae nominabat. Qui plura scire cupiat, SACCHINUM adeat, *Hist. Soc. Jes.*, p. II, l. IV, n. 205 et seqq.; FRANCUM, *Synopsis*, pagg. 62-63.

[9] Equidem nos nomen hujus certo dare non audemus. Varie enim a variis affertur. Cf. laudatos auctores, loc. cit.

[10] Admisit quidem verbi Dei praecones, qui tamen non ante finem anni 1559 in Angolae regnum profecti sunt e Lusitania. Ibid.

[11] P. Franciscus Borgia, Hispaniae ac Lusitaniae commisarius.

[12] P. Emmanuel Nobrega.

[13] P. Ludovicus Grana.

[14] Episcopo Brasiliae sedes erat in urbe Sti. Salvatoris, alias Bahia. Is autem, de quo mentio fit in epistola, erat Petrus Leitanus (Leitão) «cujus provisio proposita est in consist. 1558 Febr. 4». VAN GULIK-EUBEL, *Hierarchia catholica*, III, 308. Cf. etiam GAMS, *Series episcop.*, 133.

No otro al presente sino encomendar en la bendiçión de V. P. á mí y á todos los desta prouinçia.

De las Indias me scriue el P. Francisco Rodríguez que perseuere en los deseos que nuestro Señor me a dado de yr allá [15], y lo pida á su diuina Magestad; y el padre de M. Gonçalo me exorta á lo mismo. Represento á V. P. los deseos, que son de mucho tiempo, para que de mí disponga como sea más voluntad de nuestro Señor.

De Lisboa 19 de Aguosto 1558.

De V. P. indigno hijo en el Señor,

DON INACIO.

Inscriptio. Al mui Rdo. en Christo Padre, el Padre general de la Compañía de Jesús, en Roma.

Obsignationis tantum vestigium.

920

COMMUNITAS ASSISII

PATRI JACOBO LAINIO

ASSISIO 23 AUGUSTI 1558 [1].

Collegium Societatis exposcunt.

Rmo. Padre generale, nostro honoratissimo. Questa communità per ordine del suo consiglio generale ha ordinato di condure qui un collegio di uosti preti, et la condutta loro hauerà da incominciar' a principio del mese de Gennaro prossimo da uenir'. Ci è parso debito nostro darue auuiso a V. P. Rma., et pregarla che a quel tempo sia contenta mandar' il detto collegio, et sia di persone di spirito, acciò si possino tirar' innanzi le opre buone incominciate dal Rdo. M. Pontio [2]; et sieno anche di buon costumi et litteratura, acciò per questo mezzo in questa città s' imparino le buone dottrine et la uita christiana; et tutti insieme habbiamo poi ad hauer' obligo perpetuo a cotesta deuotissima et

[15] De hujusmodi P. Ignatii desiderio non semel infra redibit sermo.

[1] Ex archetypo in codice *epist. communit.*, 2 ff., n. 27, prius 59.

[2] P. Pontius Cogordanus, de quo videndae sunt epist. 833, 834.

honoratissima congregatione; et tutto sia sempre a honor de Dio et salute dell' anime di questo populo, la quale piaccia a sua Maestà santissima di concederci et mantener la P. V. Rma. et tutti noi altri in sua gratia. Et con questo fine li basciamo la mano [3]. De Ascesi li 23 d' Agosto del 58.

Di V. P. Rma. buoni seruitori,

Li priori de Ascesi.

Inscriptio. Al Rmo. Padre M.° Giacomo Lainex, [generale] della Compagnia del Jesù nostro honoratissimo.

Vestigium sigilli.

921

DIDACO DE ARNEDO

ROMA 24 AUGUSTI 1558 [1].

Epistola officiosa.—Ob gratulationem sibi missam gratias agit.—Arnedo vicissim ob ejus ad sedem majoricensem elationem gratulatur.—Societatis res ipsi offert simulque commendat.

†
Jhs. Maria

Rmo. signor. La gratia et pace de X.° nuestro Signore sea siempre en el ánima de V. Sría. con augmento de sus dones spirituales.

Resciuí la letra de 22 del passado [2] de V. Sría. Rma., y aunque en el peso nueuo que sobre mis flacos hombros [a] ha cargado la Compañía, ay más occasión de compadeçerse que de congratularse conmigo, todauía la mucha beneuolentia y charidad con que muestra V. Sría. hauerse alegrado de mi cruz, la estimo como indiçio de tal ánimo, cual siempre yo he conoscido en V. Sría., muy prompto para hazernos á todos merced.

Tanbién hauíamos acá entendido y alegrádonos en X.° nuestro Señor, de la buena prouisión che su maestad [3] hauía hecho

[a] hombres *ms.*

[3] Plures adhuc de hac re inferius reperientur epistolae.

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1557-1559*, pag. 223.

[2] Haec est, quam supra dedimus, sub n. 890.

[3] Philippus II.

para ayudar las ánimas de Mallorca con tan buen pastor, qual spero yo será V. Sría., mediante su diuina gracia. El la conserue y aumente siempre para mucha gloria sua y bien de su yglesia.

En qualquiera parte que nosotros podamos hazer seruicio á V. Sría. en X.° nuestro Señor, seremo[s] siempre muy promptos.

El Mtro. Nadal [4] resciuió sus encomiendas, y besa la man[o] á V. Sría., y entrambos rogamos [b] la diuina summa bondad dé á V. Sría. y á todos su spíritu y gracia para sentir siempre y cumplir su santísima uoluntad.

De Roma 24 de Agosto 1558.

Aunque sé que [c] lo haría V. Sría. del suyo por su sólita humanidad, todauía le supplico, por la obligación que yo tengo de hazerlo, que tenga por encomendado[s] los nuestros en esa ciudad y reyno, como cosa suya.

Inscriptio. In Messina. Al eletto de Mayorica, dottor Arnedo.

922

COMMUNITATI BRIXIENSI

ROMA 27 AUGUSTI 1558 [1].

Acceptas litteras commemorat, quibus collegium Societatis Brixiae fundari postulant.—Suam erga brixienses singularem benevolentiam ostendit.— Negotium fundationis cum abbate Martinengo, ut ipsi volunt, agetur.

†
Yhs.

Molto magnifici signori in X.° osseruandissimi. La gratia et pace de X.° nostro signore sia sempre nelle anime di VV. SS., con aumento continuo delli doni suoi spirituali.

Monsignore l' abbate Martinengo [2] mi dette una lettera di

---

b entrammo, rugamos *ms.* —c sea che *ms.*

---

[4] P. Hieronymus Natalis.

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1557-1559*, pag. 224.

[2] Cf. epist. 910.

V. Sria. de 6 del presente [3], et per quella, et per il raguaglio di detto monsignore, ho inteso la uoluntà che Dio N. S. glie ha dato di hauer un collegio della Compagnia nostra nella sua città, per seruirsene del opera di esso in aiutar le cose spirituali di quella; et per il spetiale affetto di charità, che de molti anni in qua ho hauuto uerso la città sua, nella quale etiam qualche tempo mi sono trouato [4], et atteso alla predicatione del uerbo diuino, ne ho anche io deuotione di satisfare, se Dio N. S. ci darà le forze, al pio desiderio de VV. SS., et le ringratiamo del buono concetto et beneuolentia uerso di noi mostrano.

Quanto alli particolari, perchè si è ragionato con monsignore l' abbate Martinengo, a lui lasciamo la cura di trattar di quelli, et offerendosi al seruicio di VV. SS. in quel che potremo, secondo l' instituto nostro et deboli forze a gloria d' Iddio N. S., non dirò altro se non che prego la diuina bontà guardi et prosperi nel suo santo seruigio VV. SS. con tutta la sua città, et a tutti dia gratia in questo suo negocio, et tutte l' altre cose, di sentir sempre et adempire sua santissima uoluntà.

Di Roma li 27 d' Agosto 1558.

Inscriptio. Brescia, alli deputati.

923

EPISCOPO THERMULENSI

ROMA 27 AUGUSTI 1558 [1].

Episcopi litteris, Societatis operarios exposcentis, humaniter respondet.— Res cum archiepiscopo jadrensi, item cum abbate Martinengo transigenda.

✝
Yhs.

Rmo. monsignore in X.° osseruandissimo [2]. La gratia et pace

---

[3] Ibid.

[4] Videnda est epistola, Brixia ad P. Ignatium data, qua candidissime, uti mos erat Lainio, sua apud brixienses ministeria narrat.

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1557-1559*, pagg. 223-224.

[2] Vincentius Durantes tunc erat Thermularum (Termoli) ecclesiae praepositus. UGHELLUS, *Italia sacra*, VIII, 372.

de X.° nostro Signore sia sempre in V. Sria. Rma. con aumento delli doni suoi spirituali.

Per una lettera di V. Sria. de 5 del presente [3] ho uisto la uoluntà et deuotione, che Dio nostro Signore li dà di uedere alcuni operarii della nostra Compagnia nella città di Brescia et la diocese sua, della quale ne ha spetial cura.

Et sì per rispetto di V. Sria. Rma. sì etiam per quel che teniamo alla città [4], et per la speranza che Dio N. S. seria seruito in essa del ministerio delli nostri, haueriamo molto charo di poter compiacere a V. Sria. et alla città nel mandar questo collegio. Ma perchè si è trattato con monsignor l' arciuescouo di Zara [5], et monsignor l' abbate Martinengo [6], più alla longa delle cose particolari, et loro scriueranno quel che bisognarà, io non mi estendero in questa in altro, se non in pregar la diuina et summa bontà guidi questo negozio come sia a maggior gloria sua et seruigio, il quale solamente noi ricerchiamo, et a tutti dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uoluntà.

De Roma 27 di Agosto 1558.

Inscriptio. Brescia, vescouo di Termoli.

---

[3] Hanc tibi dabunt *Bobadillae Monum.*, pag. 211.

[4] Cf. epist. praecedentem, annot. 4.

[5] Archiepiscopus zarensis (Zara) vel jaderensis aut jadrensis (Jadera) tunc temporis erat Mutius Callinus vel Calinius, brixiensis. UGHELLUS, loc. cit., V, 1426; VAN GULIK EUBEL, *Hierarchia catholica,* III, 231. Porro de urbe haec accipe ex FERRARIO, *Lexicon:* «Jadera *Zara,* urbs Liburniae archiepisc. et caput [Istriae] in ora littorali probe adversus Turcas finitimos munita.»

[6] Hieronymus Martinengus. Cf. epist. 910, annot. 2.

924

DIDACO LASSO DE CASTELLA

ROMA 27 AUGUSTI 1558 [1].

Ut census cujusdam solutionem urgeat, iterum rogatur Didacus.—Quaedam de comitiis generalibus Societatis.

†

